6000.

# CATALOGVS EXCOMMVNICATIONVM,

*Quæ extra Bullam Cœnæ Dom: ſunt reſeruatæ Papæ, vel Epiſcopo, vel nemini:*

Iuſſu Illuſt: & Reuerendiſs. D. Co- Alexandri Ludouiſij Archiep: Bonon. & Principis collectæ, & 10. Capit: comprehenſæ,

*Ad commodum Parochorum aliorumq́; Con-feſſariorum. atq́; Pœnitentium: Cum Indice in fine.*

Anno Dñi M. DC. XXVII.
VILNÆ *Recuſus*
*Permiſſu Superiorum.*

Marcellus Baldassinus

D. Marcellus Baldaſſinus pro Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Archiep: Bonon.

Imprimatur

P. Hieronymus Onuphrius pro Reuerendiſſimo P. Inquiſit. Bonon.

Wyższa Szkoła Pedagogiczna
w Bydgoszczy
Biblioteka Główna

AD

51365



# AD LECTOREM.

PRAECLARE ſanctus Cyprianus: habere inquit, non poteſt Deum Patrem, qui Eccleſiam non habet matrem. Si potuit euadere quiſquam, qui extra arcã Noë fuit: & qui extra Eccleſiam foris fuerit, euadit. hæc ille in lib: de Vnitate Eccleſiæ. Cum ergo extra Eccleſiam fiat aliquis non ſolum per infidelitatem, ſed etiam per excommunicationem, hinc ſatis intelligitur quanti momenti ſit, non ſolum Parochos, & alios Confeſſarios: ſed etiam fideles omnes ſcire excommunicationes, vt eas vitare poſſint, & intra Eccleſiæ gremium remanere. Multo tamen magis neceſſaria eſt hæc ſcientia Confeſſarijs: quia, ſi ab excommunicatione reſeruata, à qua videlicet abſoluere non poſſunt, abſoluant: incidunt ipſi in excõm: vt dicitur infra c. 5. excom: prima. ſi verò abſoluant ab excom, à qua abſoluere poſſunt, tenentur præſtare quædam, de quibus in ſequẽti annotatione: at quomodo ea præſtabunt, ſi excommunicationes ignorent? Hinc multi Doctores has cenſuras in cor-

corpore Iuris canonici, & in aliis multis Ec-
cleſiæ Conſtitutionibus diſperſas in vnum col-
ligere ſtuduerunt, vt S. Antoninus 3. parte, tit.
24. Summa Aſtenſis l. 7. Roſella, Angelus, Syl-
ueſter, Tabiena, Caietanus, Armilla, V. ex-
communicatio. Nauar. c. 27. à nu. 25. Tole-
tus l. 1. c. 19. vſque ad c. 42. (in vltima editi-
one Romana, quam in citando Toleto ſemper
ſequemur) Suarez à diſput: 21. vsque ad 24.
(intellige ſemper tomi quinti in tertiam par-
tem Diui Tho.) Iacobus de Graffiis l. 4. à c. 18.
vsque ad 25. Sayrus l. 2. & 3 (intellige ſemper
tomi primi theſauri, &c.) & alij. Hunc ta-
men Catalogum, in quo excommunicationes
maiores latæ ſententiæ à Iure, quæ extra Bul-
lam Cænæ habentur, collectæ ſunt, edere nunc
fuit operæpretium, non ſolum, vt ſcientia tan-
ti momenti ad manum facilius haberetur, cum
præſertim multi libris dictorum Doctorum ca-
reant: ſed etiam quia nunc aliquæ illarum ex-
communicationum, quas dicti Doctores colle-
gerunt, ſublatæ ſunt, vel aliæ additæ, vel aliæ
mutatæ, vt ex c. 9. & eius annotatione præ-
cipuè intelligetur. Adde neminem hactenus





has omnes excommunicationes ad certa capi-
ta reuocaſſe. antiquiores enim auctores nul-
lum ferè ſequuntur ordinem: Recentiores verò
præmiſſis excommunicationibus Bullæ Cænæ
ſequuntur ferè ordinem librorum Iuris cano-
nici, qui parum, vel nihil iuuat ad excommu-
nicationes vllius generis facilè, inueniendas,
& memoriæ commendandas. Hinc præſens
Catalogus in decem Capita diſtinctus eſt, vt
ſingula capita certum excommunicationum
genus contineant. Primum enim caput eſt de
excommunicationibus latis contra Prælatos.
Secundum contra Clericos. Tertium contra
Religioſos, &c. Vt nimirum poſſit quilibet
ſtatim excommunicationes, quæ ad ſuum ſta-
tum, vel cuiuſuis alterius ſpectant, reperire,
inſpicere, ac memoriæ commendare. Et quam-
uis huic quoque Catalogo (quæ eſt humani in-
genij imbecillitas) deerunt fortaſſe aliquæ ex-
communicationes, etiam ex ijs, quæ nec Iure
vllo, nec vſu abrogatæ ſunt: affirmari tamen
poſſe videtur illum conſcientiæ ſuæ facturum
eſſe ſatis, qui excommunicationes, quæ in hoc
Catalogo continentur, & illas, quæ poſt tem-

pus, quo hic Catalogus editus eſt, latæ erunt, non ignorauerit, ſed benè intellexerit, & memoria retinere frequenti lectione, & ſtudio non neglexerit. Sicut contra certum eſt non ſatisfacere conſcientiæ, & muneri ſuo Confeſſarium illum, qui audet ſe exponere Confeſsionibus audiendis, cum vix, aut ne vix quidem legerit vllum excommunicationū Catalogum. certum id, inquam, eſt non ſolum de Parochis, & ſecularibus Confeſſarijs, qui nulla habent priuiligia: ſed etiam de Religioſis illis, qui multis muniti ſunt priuilegijs. omnes enim ſcire debent excommunicationes, etiam illas, a quibus abſoluere poßint, vt ſupra indicauimus, & magis patebit ex ſequenti Annotatione.

ANNO-



# ANNOTATIO in omnia, quæ ſequuntur capita excommunicat.

Licet in articulo mortis nulla ſit reſeruatio, atque ideo omnes Sacerdotes quoslibet pænitentes à quibuſuis peccatis, & cenſuris abſoluere poßint, vt inquit C. Trid: ſeſſ: 14, c. 7. tamen aduertat Sacerdos, qui ob articulum mortis abſoluit aliquem ab excommunic. reſeruata, monendum eſſe pœnitentem, vt, cum primum commodè poterit, ſe præſentet Prælato, cui excommunicatio reſeruata erat, quia aliâs reincidit in ſimilem excommunicationem, & idem dicendum eſt, ſi non ob mortis periculum, ſed ob alia legitima impedimenta (de quibus gloſſa in c. Religioſo. V. eo caſu. de ſententia. excommunic. in 6.) abſoluat, vt dicitur infra in c. 9 excom: 40.

Secundo aduertat idem Sacerdos, quamuis abſoluat tantū in foro interno, illud etiam ſibi præſtandum eſſe, vt neminem abſoluat, niſi prius ſatisfaciat, cui ſatisfaciendum eſt: vel, ſi ſatisfactio re ipſa dari non poßit, det cautionem pignoratitiam, vel fideiuſſoriam: aut, ſi

 neque

*neq; hac præſtari poſſit, det cautionem iuratoriam, ideſt iuret, quod ſatisfaciet, quam primum poterit. Atque hanc ſatisfactionem exigere debet non ſolum dictus Sacerdos, ſed etiam quilibet alius Confeſſarius, qui ob priuilegia, vel Iubileum, vel aliam occaſionem abſoluit aliquem ſiue ſolenniter, ſiue priuatim ab excom: reſeruata, vel etiam non reſeruata, vt ait Nau: c. 26. nu. 7. Suarez diſp. 19. in fin. Auila p. 2. c. 7. diſp: 3. dub: 5. & alij.*

*Tertio aduertant Confeſſarij omnes abſoluentes aliquem ab excom: in foro interiori, talem abſolutionem nihil ei prodeſſe in foro exteriori, de quo expedit, vt Confeſſarius moneat pœnitentem, ſicut etiam monere ſolent Pontifices in Iubileis.*

*Denique notandum eſt Doctores qui ſcripſerunt ante Rituale nouum, quod edidit Paulus V. monere alia quoque præſtanda eſſe in abſolutione ab excom. etiam data in foro ſolum interno, ſed dictum Rituale in foro inquit, interiori Sacerdos abſoluat, iuxta formam communem ſupra præſcriptam in abſolutione ſacramentali.*





## CAPVT PRIMVM CONTINENS

*Quatuordecim excommunic. contra Prælatos. octo reſeruatas Papæ, & ſex nemini reſeruatas.*

PRima eſt contra Cardinales, qui Sede vacãte contrauenerint ijs, quæ ordinata ſunt à Iulio Secundo, vt ſine ſimonia eligatur Papa; Vide Extrauagantem Iulj Secundi. Cum tam diuino, quæ eſt 2. Caiet. V. exc. c. 24. Nauar: c. 27. nu. 111. ¶ Trigeſima prima. Suarez tomo 5. diſp. 22. ſ. 6. nu. 2. Sayrum l. 3. c, 31. nu. 3. in fine, & *Reſeruatur Papæ.*

2. Contra Cardinales reuelantes aliquid de actis ſecretò in Conſiſtorio, exiſtente præcepto Papæ, vt non reuelentur. Vide Concil: Lateran. ſub Leone X. ſeſſ: 9, Nauar. c. 27. nu. 110. & 111. & Authorem ſũmæ Conciliorum, qui ſequitur Ca-

iet. V. excom. in fine dubitantem, an hæc excom. & aliæ eiusdem Concilij ſint receptæ &, *Reſer. PP.*

3. Contra Cardinales, qui Papatum ambiunt, eiusq; cauſa ſimoniam cõmittunt, aut cum aliquo tractant de futuro Papa eligendo inconſulto Papa viuente. Vide extr. Cum ſecundum. Pauli Quarti, quæ eſt 58. & Extr. Li maluagi. Greg. XIV. & Sayr: l. 3. c. 31. nu: 2. & hæc excom. ligat etiam alios omnes, quãuis Reges, & Imperator. & dantes auxilium &c. vt infra c. 9. excom. 16. & *Reſeruatur Papæ.*

4. Contra Cardinales, qui ſimoniã committunt, de qua infra c. 2. excom. 4, & 5. & *Reſeruatur Papæ.*

5. Contra Epiſcopos à collatione, & præſentatione officiorum, & beneficiorum ſuſpenſos, qui dicta officia, vel beneficia contulerint, vel ad ea præſentauerint. Et hæc excommunicatio eſt etiam contra omnes alios habentes Ius Patronatus, tam Eccleſiaſticos, quàm laicos, à præſentatione ſuſpenſos. Vide Extrau: quanta Eccleſiæ Dei, quæ eſt 58. Pij V. & Suarez d. 22. ſ. 6. nu: 21. & *Reſeruatur Papæ.*

6. Contra Patriarchas, Archiepiſc: Epiſcopos, Abbates, & omnes Eccleſiaſticas perſonas, quæ aliam perſonam Eccleſiaſticam, Collegium, vel Conuentum traxerint ad forum laicale pro cauſis quæ de iure ordinario, vel conſuetudine ad forum Eccleſiaſticum ſpectant. Et hæc excommunicatio ligat etiam laicos dantes auxilium, &c. Vide Extrau: Martini V. ad reprimẽdas, quæ eſt quinta, & Nau: c. 27. n, 71. vbi dicit, ſi hoc fiat authoritate iudiciali laica, hanc excommunica-

tionem eſſe in Bulla Cœnæ; & *Reſeruatur Papæ.*

7. Contra adminiſtratores Epiſcopatuū, & omnes inferiores Epiſcopis, qui publicant Indulgentias cum amplis priuilegijs, & ſuſpicione ſimoniæ, de qua Pius V. in extr: Quam plenum, quæ eſt 99. Vide eandem Extrau. & Sayrum. l. 3. c. 31. nu. 15. & *Reſeruatur Papæ.*

8. Contra Prælatos, & perſonas omnes Eccleſiaſticas, apud Sedem Apoſtolicam conſtitutas, quæ aliquid donant, ſeu promittunt, vel per alios datum, ſeu promiſſum ꝑſoluūt, nunciantibus prouiſiones, tranſlationes, commendas eis cōceſſas, &c de quibus in Extrauag, Solicité, quæ eſt. 4. Greg. XI. de qua Graff: l. 4. c. 23. nu. 3 & *Reſeruatur Papæ.*

9. Contra Cardinalem, qui electus à pau-



à paucioribus, quam à duabus partibus Cardinalium in ſummum Pōtificē aſſenſit electioni de ſe factæ. Vide c. licet: de elect. S. Antonin: 3. par. tit. 24, c. 48. Ang: excom. 7. caſu 2. Syl. excom: 9. nu. 2. Nau: c. 27. nu. 114. ¶. ſecunda. Caiet: c. 9. Hæc excom: ligat: etiam alios omnes, & ſecluſo ſchiſmate *Nemini reſeruatur.*

10. Eſt contra Epiſcopum, qui in Ciuitate, in qua homines ſunt diuerſarum linguarum, ſuſceperit gubernationem eorum, qui ſunt ſuæ linguæ, antequam à proprio eorū Epiſcopo aſſumatur in ſuum Coadiutorem. Vide c. quoniam de off: Iud: ord: Nauar. c. 27. nu: 114. & Sayr. c. 32. nu, 2. qui putat hanc excommunicationem eſſe contra omnes, ſed Nauar. Vult eſſe ſolum contra Epiſcopos, & *Nemini reſeru.*

11. Contra Nuncios Apoſtolicos etiam ſi fuerint Epiſcopi, Archiepiſcopi, &c. qui a Principibus, Regibus, ſiue Imperatoribus, ad quos mittuntur, fauores vocales. aut litteras ad dignitates impetrant. Vide Extrauag: Pij IV. Et ſi Romanum, quæ eſt 124. & *Nemini reſeruatur.*

12. Eſt contra Epiſcopos, & quoſcunq; Prælatos permittentes ritum, habitum ue Fraticellorum. Bizocchorum, ſiue Beguinorum. Vide Extrau: Ioan: XXII. Sancta Romana. Caiet V. excom: c.5. & Sayrum l.3. c.32. nu: 24. Tolet. l.1. c. 38. nu: 12. Hæc excommunicatio eſt etiam contra dictos Fraticellos, & Beguinas, & omnes de nouo aſſumentes talem ſectam, quæ hodie non extat, vt inquit Toletus ſupra, & *Nemini reſeruatur.*

13. Contra Prælatos quoſcunq; etiam



am Patriarchas, ad Romanam Curiam venientes, & inde diſcedentes abſq; Papæ notitia, ſecus atq; ſtatuitur in Extrau. Et ſi deceat. Ioan: XXII. Et excommunicantur etiam omnes, qui Prælatos apud Sedem Apoſtolicam recipiunt, niſi ante receptionem aduentum illorum Papæ ſignificauerint. Vide d. Extrau: & Sayrum l.3. c.32. nu. 23. & *Nemini Reſeruatur.*

14. Contra Prælatos, ſi ſint Sacerdotes. & habeant officium Vicecomitis, vel alterius præfecti ſecularis, nec tale officium admoniti dimittant. Hæc excom: eſt etiam contra alios Sacerdotes, vt dicemus infra c. 2. excom: 8. Vide c. Clericis. Ne Clerici, vel Monachi. Caiet. c: 76. nu. 117. ¶. 7. Graffium l. 4. c. 22. nu; 32. Tolet. l. 1. c. 37: nu: 7. Suar: d.23, ſ. 3. nu: 21. & *Nemini reſeruatur.*

Ad-

*Aduerte hic contra Epiſcopos, & alios Prælatos eſſe etiam multas alias excommunicationes, & præcipue illas, quæ ſunt contra omnes, ponunturq; infra in c. 9. Quamuis enim in ſuſpenſionem. & interdictum non incidant Epiſcopi, nec eorum Superiores, niſi de illis fiat expreſſa mentio, c. quia periculoſum, de ſent: excom. in 6. Excommunicatio tamen generaliter lata & Epiſcopos, & eorum Superiores etiam Cardinales ligat, vt notat Nau. in Comm. de datis & acceptis notabili ſexto. Sayrus l. 1. c. 8. nu: 23. & 24. Vgolinus Tabula 1. c. 17. nu: 10. & 11. & alij. Nos tamen hic ſolum poſuimus excommunicationes, quæ ſolis Prælatis competunt, vel in quas facilius Prælati incidere poſſe videntur.*

## CAPVT SECVNDVM CONTINENS

*Tredecim excommunic. contra Clericos, octo reſeruatas Papæ, & quinque nemini reſeruatas.*

CONtra Clericos, qui ſcienter, & ſponte participant cum excommunicato à Papa. recipiendo eum ad diuina. Vide c. ſignificauit. de ſent. excom. Syl. excommunicatio 7. nu. 12. Cai. c. 58. Nauar. c. 27. nu: 93. Sayrum l. 3. c. 29. nu: 5. Suarez diſp: 22. ſ. 2. nu: 22. Tol. l. 1. c. 35. nu. 2. & *Reſeruatur Papæ.*



2. Contra Clericos, qui inducunt aliquem ad mouendum, iurandum, aut promittendum, quod eliget ſepulturam in ſua Eccleſia, vel electam non mutabit. Vide Clem. cupientes. ¶ fin: de pœnis. Syl: excom. 7. nu. 49. Nauar: c. 27. nu. 103. Caiet. c. 49. Sayrum l. 3. c. 29. nu: 39. Suarez diſp. 21. fol. 4. nu: 25. Tol: l. 1. c. 36. nu: 3. Eſt hæc Excommunicatio etiam contra Religioſos, & Religioſas, & *Reſeru: PP.*

3. Contra Clericos inferiores Epiſcopis, qui Prouiſi de beneficijs curatis,

ratis, præſtito iuramento de eiſdem beneficijs intra certum tempus p-ſonaliter deſeruiendo, non adimplent iuramentum. Et hæc excommunicatio eſt etiam contra illos, in quorum fauorem beneficia dicta reſignantur, ſeu dimittuntur, & qui ad id præſtant auxilium, &c. Vide Extraua: Inter multiplices curas Pij IV. quæ eſt 87. & Sayrum. l. 3. c. 31. nu: 5. & *Reſeruatur Papæ.*

4. Contra Clericos, qui dant, vel recipiunt aliquid per ſimoniam realem pro Ordine ſuſcipiendo, vel benficio conſequendo; Item, qui proxenetæ fuerint, procuratores vè, vt huiuſmodi ſimonia committatur. Et hæc excommunicatio ligat etiam alios omnes quamuis Epiſcopos, Patriarchas, Cardinales, Reges, Imperatores, vt infra c. 9. excom: 10. Vide Extrau. Cum detesta-



teſtabile. de ſimonia. S. Antonin: 3. p. tit. 24. c. 65. Syl: excom: 7. nu. 80. Caiet. c. 72. Nauar: c. 27. nu: 106 ¶ vigeſima prima Sayrum l. 3. c 30. nu: 6. Sotum l. 9. quæſt. 8. ar. 2. Leſſ. l. 2. c. 35. dub: 24. & 22. Suar: diſp. 22. ſ. 5. nu: 22. & l. 4. de ſimonia c. 56. & *Reſeruatur Papæ.*

5. Contra Clericos & alios omnes apertè vel occultè committentes ſimoniam confidentialem, Vide Extrau: Intolerabiles. Pij V. quæ eſt 87. Suarez diſp: 22. ſ. 6. nu: 15. & l. 4. de ſimonia c. 43. Nauar: c. 23. nu. 110. Leſſium l. 2. c. 35. dub: 26. & Sayrum. l. 3. c. 31. nu. 6. qui non rectè excipit Card. nam etiam hi expreſsè comprehenduntur, & notat Pariſius q. 19. de confidentijs, & *Reſeruatur Papæ.*

6. Contra Clericos, qui, vt aliqui occupent bona, vel iura Eccleſiarum

rum, locorumvé picrum, cauſa fuerint, vel eis conſenſerint. Habetur in C. Trid. ſeſſ: 22. c. 11. de reform. & infra in c 9. excom. 36. & *Reſeruatur Papæ.*

7. Contra Clericos trahentes aliam perſonam Eccleſiaſticam ad forum laicale. vt ſupra c. p. excom: 6. & *Reſeruatur Papæ.*

8. Contra Clericos apud Sedem Apoſtolicam conſtitutos, qui aliquid donant, ſeu promittunt, vel ſoluunt, nunciantibus prouiſiones, &c. de quibus ſupra c. p. excom: 8. & *Reſeruatur Papæ.*

9. Contra Clericos omnes minores Epiſcopis, qui publicis fęneratoribus locant domos, vel aliter cōcedunt, aut eos ex ſuis terris intra tres menſes non expellunt. Vide c. 1. de vſuris in 6. Caiet: c. 52 Nau. c. 27. nu. 136. ¶ Trigeſima Say r: l. 3. c. 32. nu:



32 nu: 12. Suarez diſp: 22. ſ. 4. nu: 42. Tol. l. 1. c. 38. nu. 22. & *Nemini reſeruatur.*

10. Contra Clericos Presbyteros, vel etiam non Presbyteros, ſed Archidiaconos, Plebanos, Decanos, Præpoſitos, Cantores, vel perſonatum habentes, qui audiunt Phyſicā Medicinam, vel Leges, niſi intra duos menſes deſiſtant. Vide c. ſuper ſpecula. Ne Clerici, vel Monachi. Syl. excom: 9, num. 21. Caie. c. 50. Nauar: c. 27. nu: 116. Suarez diſp: 23. ſ. 3. nu: 9. Tol: l. 1. c. 37. nu: 4. vbi dicit in foro poli, non in foro fori excuſari eos, qui ſtudent legibus inquantum conducunt ad notitiam Canonum, & *Nemini reſer.*

11. Contra Sacerdotes, qui habent officium Vicecomitis, vel alterius præfecti ſecularis, ſi admoniti non relinquunt tale officium, vt diximus

mus ſupra c. 1. excom: 14. & *Nemini reſeruatur.*

12. Contra Clericos, qui Matrimonium de facto contrahunt. Et hæc excom: eſt etiam contra Religioſos, & Religioſas, idem facientes, & contra omnes Matrimonium contrahentes in gradibus prohibitis, vel cum Monialibus. Vide Clem: p. de conſan: & affin: Caiet: c. 47. & Nauar. c. 27. nu 141 qui duo Doctores dicunt in d. Clem: excommunicari etiam Clericos celebrantes Matrimonia inter dictas perſonas prohibitas, ſed hoc negat melius Suarez d. 23. ſ. 5. nu. 23. & *Nemini reſeruatur.*

13. Contra Clericos, & alias perſonas Eccleſiaſticas, quæ alienant vel locant in plures, quam tres annos bona immobilia pretioſa Eccleſiarum, extra caſus iure permiſſos, & hæc



hæc excommunicatio eſt etiam contra omnes, qui prædicta bona recipiunt. Vide Extrau: Ambitioſæ, de rebus Eccl: non aliena. & Syl: V. alienatio nu: 25. in fin: qui dicit hanc cenſuram non eſſe vſu receptam; ſed melius dicunt alij conſulendum eſſe vſum locorum. vt Sayr. l. 3. c. 32. nu: 22. in fine, & *Nemini reſeruatur.*

*Aduerte contra Clericos eſſe etiam alias excommunic: quæ infra preſertim in c. 9. & 10. poſitæ ſunt.*

## CAPVT TERTIVM CONTINENS.

*Viginti quinque excommunic. contra Religioſos, duodecim reſeruatas Papæ, & tredecim nemini reſeruatas.*

CONtra Religioſos omnes qui inducunt aliquem ad vouendum, iurandum, vel promittendũ, quod eliget ſepulturam in ſua Eccleſia, vel

vel electam non mutabit. Hæc excommunicatio eſt etiam contra Moniales. Vide ſupra c. 2. excom: 2. & *Reſeruatur Papæ.*

2. Contra Religioſos omnes, qui Sacramentum Vnctionis extremæ, vel Euchariſtiæ miniſtrant, aut Matrimonia ſolennizant ſine expreſſa licentia Parochi, aut abſoluunt à culpa, & à pœna, vel abſoluunt excommunicatos in caſibus ſibi non conceſſis. Vide Clementinam Religioſi. de priuilegijs. Caiet. c. 64. Nauar: c. 27. nu. 101. Suarez d. 22. ſ. 3. nu: 2. Tol: l. 1. c. 36. nu. 2. Sayr. l. 3. c. 29. nu: 26: & *Reſeruatur Papæ.*

3. Contra Religioſos euntes vltra Mare ſine licentia ſuorum Superiorum in ſcriptis obtenta. Vide Extr: ad noſtrum Ioan: XXII. de Regularibus, & *Reſeruatur Papæ.*





4. Contra Religioſos, exigentes quoſcunq; paſtus, prandia, cœnas, pecunias, iocalia, aut alias res pro ingreſſu Monaſterij. Hæc excom: eſt etiam contra omnes dantes prędicta, vt in c. 9, excom: 10. Vide Extraua: Sanè de ſimonia. Caiet. c. 73. Syl. excom. 7. nu: 81. Suarez. diſp: 22. ſ. 5. nu: 11. Tol. l. 1. c. 36. nu: 7. Sayrum l. 3. c. 31. nu: 5. & *Reſeruatur Papæ.*

5. Contra Religioſos Mendicantes, qui tranſeunt ad ordinem non Mēdicantium, excepto Carthuſianorum, & contra Religioſos non Mēdicantes. qui in ſuum ordinem prędictos recipiunt ſine licentia Papæ. Vide extrauag: Viam ambitioſæ. de Regularib; Caiet. c. 74. Nauar: 27. c. 106. ¶ Vigeſima ſecunda Suarez dſp: 22. ſ. 5. nu: 16. Sayrum l. 3. c. 30. nu: 8. & *Reſeruatur Papæ.*

6. Contra Religioſos, qui detinent in ſuis Eccleſijs, vel Monaſterijs Apoſtatas Fratrum Prædicatorum, niſi eiecerint eos, poſtquam á dictis Fratribus moniti ſint. Vide illorum priuilegium citatum á S. Antonin: 3. p. tit: 34. c. 71. Et hanc excom: incurrunt etiam, qui detinent Apoſtatas aliorum Ordinum, qui eiſdem priuilegijs gaudent, & *Reſer. PP.*

7. Contra Minores, & Eremitanos, qui præſumunt recipere in ſuum Ordinem Fratres Prædicatores. Vide eorum priuilegium aliud citatum ab eodem S. Antonin. ſupra, quo gaudent alij Ordines quibus Fratrum Prædicatorum priuilegia ſunt communicata, & *Reſeruat: PP.*

8. Contra Religioſos omnes, exceptis Carthuſianis, qui recipiunt aliquem Religioſum Societatis Ieſu ſine licentia ſui Superioris, & hæc ex-



excōmunicatio eſt etiam contra ipſos Ieſuitas, ingredientes Religionem aliam á Carthuſiana, & contra dantes auxilium, &c. Vide Extrau. Æquum reputamus, Pij V. quæ eſt in priuilegijs dictæ Societatis, & *Reſeruatur Papæ*, vel Superiori eiusdem Societatis.

9. Contra Profeſſos Ordinis Humiliatorum extincti á Pio V. qui admittunt aliquem ad Profeſſionem & habitū dicti Ordinis. Vide Extr: Quemadmodum. Pij V. quæ eſt 122 & *Reſeruatur Papæ.*

10. Contra Minores qui tempore Interdicti admittunt in ſuis Eccleſiis Fratres Tertij Ordinis ad audienda diuina Officia. Hæc excommunicatio (vt habetur in Clem. cum ex eo de ſent: excomm.) ſatisfactione præmiſſa tollitur ab Epiſcopo, aliás, *Reſeruatur Papæ.*

 11. Con-

11. Contra Religionum Superiores, qui non paruerint Bullæ Pauli V. editæ, anno 1606. quæ incipit, Romanus Pontifex, & præcepit, vt Religioſi, de hæreſi ſuſpecti (eiuſmodi ſunt ſolicitantes mulieres in confeſſione) ipſis Inquiſitoribus denuncientur, ita vt pro ipſorũ ſuſpectorum Superioribus non ſit amplius præuentioni locus, & *Reſer. Papæ.*

12. Contra Abbates, Priores, & alios quoſcunq; Superiores Regulares, quibus cura, & regimen Monaſteriorum Monialiũ quouis modo incumbit, ſi eadem Monaſteria ingrediantur in caſibus non neceſſarijs, & non comitati à paucis, ijſq; ſenioribus, ac Religioſis perſonis, & hæc excommunicatio ligat etiam Prælatos ſeculares, Epiſcopos, & Cardinales, ſi tertia vice ingrediantur. Vide Extrauag: Dubiis, quæ



quæ eſt 75. Greg: XIII. vbi nulla fit mentio reſeruationis, contra alios verò qui ingrediuntur Monaſteria Monialium, eſt excommun. quæ vt dicitur infra c. 9. excom 12. *Reſeruatur Papæ.*

13. Contra Religioſos omnes, qui habitum ſuæ Religionis temere dimittunt. Vide c. vt periculoſa, ne cler. vel mona. in 6. Caiet: c. 61. Nau: c. 27. nu. 131. Suarez d. 23. ſ. 4. nu: & *Nemini reſeruatur.*

14. Contra Religioſos omnes qui ad aliqua ſtudia accedunt ſine licentia ſui Prælati, & conſilio maioris partis conuentus. Vide d. c. vt periculoſa, & Doctores citatos, & *Nemini reſeruatur.*

15. Contra Religioſos exeuntes à Monaſterijs ad audiendas leges, vel medicinam, niſi intra duos menſes redeant. Vide c. non magnopere.

ne clerici, vel monachi, & Doctores citatos ſupra in c. 2. excom: 10. & *Nemini reſeruatur.*

16. Contra Religioſos omnes, qui non ſeruant Interdictum, aut ceſſationem à diuinis, quam ſeruat Eccl: Cathedralis, vel matrix, aut Parochialis Oppidi. Vide Clement. primam. de ſenten. excom. S. Antonin. 3. p. tit. 24. c. 56. Caiet. c. 67. Nauar: c. 27. nu: 146. Sayr. l. 3. c. 33. nu. 44. Tolet: l. 1. c. 39. nu. 15. Sylueſt: excom: 9. nu: 90. caſu 47. & *Nemini reſeruatur.*

17. Contra Religioſos, qui non habentes beneficium, aut adminiſtrationem, ſibi appropriare nouali um, aut alias decimas Eccleſijs debitas præſumunt; vel eas prohibet ſolui Eccleſijs &c. Vide Clement. Religioſi de decimis Caiet: c. 48. Syl: excom: 9. nu. 72. caſu 36. Nau: c. 27.



c. 27. nu. 138. Tolet. l. 1. c. 39. nu: 3. & *Nemini reſeruatur.*

18. Contra Religioſos ſaltem Monachos, & Canonicos regulares, qui non habentes adminiſtrationem, proficiſcuntur ad aulas Principum, animo nocendi ſuis Superioribus, aut Monaſteriis. Vide Clement. ne in agro. ¶ quia verò. de ſtatu Monachor: Caiet. c. 62. Sylu. excom. 9. nu: 73. caſu 37. Nauar. c. 27. nu: 139. Suarez diſp: 23. ſect. 5. num: 4. & *Nemini reſeruatur.*

19. Contra Religioſos omnes, qui aliquid dicunt ea intentione, vt auertant audientes à ſolutione decimarum. Vide Clement. cupientes de pœnis. Caiet. c. 65. Syl: excom: 9. nu: 33. caſu 45. Nauar: c. 27. nu. 145. Hæc excom. eſt etiam contra Religioſos Confeſſarios negligentes facere conſcientiæ ſcrupulum

lum circa ſolutionem decimarum, & *Nemini reſeruatur.*

20. Contra Religioſos omnes, contrahentes de facto Matrimonium, vt ſupra, c. 2. excom. 12. & *Nemini reſeruatur.*

21. Contra Religioſos, dictos Fraticellos, ſeu Fratres de Paupere vita, aut Bizochos ſeu Beguinos, vt ſupra, c. 1. excom: 11. & *Nemini reſeruat.*

22. Contra Religioſos Mendicantes, qui ſine licentia Papæ accipiunt noua loca ad habitandum, aut commutant, aut alienant acquiſita ante Concil. Lugdun: Vide Clem: cupientes. de pœnis. Syl. excom: 9. nu. 85. caſu 44. Caiet: c. 56. Nau. c. 27. nu: 144. qui rectè notat hāc excom: quo ad multos Mendicantes per eorum priuilegia ſublatam, eſſe, & *Nemini reſeruatur.*

23. Contra Religioſos Mendicantes, ap-



approbatos poſt C. Lugdun: qui abſq; facultate ſpeciali Papæ recipiunt aliquem ad ſuum Ordinem, vel nouum locum acquirunt, aut acquiſitum vendunt. excipiuntur tamen quatuor Ordines Mendicantes, & alii poſt hos approbatos. Vide c. vnicum. de Relig: Domin: in 6. Nauar: c. 27. nu: 127. ¶. vigeſima. Sayr: l. 3. c. 34. nu: 5. Suar: diſt: 23. ſ. 4. nu, 19. Tolet. l. 1. c. 38. nu. 12. qui dicit hanc excomm: modo non habere locum. & *Nemini reſeruatur.*

24. Contra Monachos, qui ſine licentia Abbatis habent arma intra ſepta Monaſterii. Vide Clement. ne in agro. de ſtatu Monac. Caiet: c. 63. Nauar. c. 27. nu. 139. Sylu: excom. 9. nu: 73, caſu 38. & *Nemini reſeruatur.*

25. Contra Religioſos Sacerdotes, ha-

habentes officium Vicecomitis, aut alterius Præpoſiti ſecularis, vt diximus ſupra c. 2. excom. 11. & notat Graff. l. 4. c. 21. nu. 32. & *Nemini reſeruatur.*

*Aduerte contra Religioſos omnes eſſe etiam alias excommunicationes, & præcipuè illas, de quibus infra c: 9. & 10.*

## CAPVT QVARTVM CONTINENS

*Septem: excom: contra Moniales, vel alias fœminas, quinque reſeruatas Papæ, & duas nemini reſeruatas.*

PRima eſt contra Moniales, quæ inducunt aliquem ad vouendum quod eliget ſepulturam in ſua Eccleſia, vel electam, non mutabit. vt diximus ſupra in c. 3. excom: prima, & *Reſeruatur Papæ.*

*Hic addi poſſent excommunicationes ſupra poſita contra Religioſos: nam ſub nomine maſculino ſolet etiam fœmininũ comprehendi, quando excommunicatur actio, quæ poteſt fœminis conuenire, vt notat Suarez diſp: 22. ſect: 4. nu: 5. ſed, quia ſunt de raro contingentibus, omittuntur.*



2. Eſt contra Moniales exeuntes de ſuis Monaſteriis quacunque cauſa, etiam infirmitatis, exceptis ſolis tribus caſibus, magni incendii, lepræ, & epidimiæ. Hæc excommunicatio eſt etiam contra concedentes Monialibus facultatem exeundi, & comitantes, & recipientes. Vide Extrau. Decori, quæ eſt centeſima Pii V. & Nauar: in cap. ſtatuimus. 19. quæſt: 3. num: 39. & ſequen. & *Reſeruatur Papæ.*

3. Contra Moniales, quæ intromittunt, vel ingredi permittunt ſua Monaſteria viros, vel fœminas, de quibus dicemus infra excom. 7 & c. 9. excom: 12 & *Reſeruatur Papæ.*

4. Contra Moniales, contrahentes de facto matrimonium, vt diximus ſupra c. 2. excom: 11. & *Nemini reſer.*

5. Contra fœminas omnes ſectantes ſtatum Beguinarum, vel de nouo inſtituentes, vt diximus ſupra ca: 1. excom: 11. *Nemini reſeruatur.*

6. Contra fœminas omnes, ingredientes Monaſteria quorumcunq; Regularium. Vide Extrau: Regularium Pii V. & Nauar: in c. ſtatuimus quæſt. 3. nu. 62. & *Reſeruatur Papæ.*

7. Contra fœminas ſæculares, ingredientes Monaſteria Monialium, etiam prætextu licentiarum, quas reuocauit primum Pius, V. deinde Gregorius XIII. poſtea Paulus V. die decimo Iulij 1612. & *Reſer. Papæ.* Vide infra c. 9. excom: 12.

*Aduerte contra Moniales, & fœminas omnes, eſſe etiam alias excommunicationes, quæ infra in cap. 9. & 10 habentur.*





## CAPVT QVINTVM CONTINENS

*Septem excom: contra Confeſſarios, vel Concionat. quinque Papales, & duas nemini reſeruatas.*

CONtra Confeſſarios, qui præſumunt abſoluere à caſibus clarè, vel dubiè, contentis in Bulla Cœnæ, aut ab alijs caſibus Papalibus, vel Epiſcopalibus. Vide Decretum Clementis Octaui, & eius declarationem, editam anno 1602. & *Reſeruatur Papæ.*

2. Contra Confeſſarios, qui ex Priuilegio Sixti Quarti commutant aliquod iſtorum quinque votorum, Peregrinationis ad Vrbem, vel Cõpoſtellam, vel Hieruſalem, Religionis, & Caſtitatis. &c. Vide Extra: Etſi Dominici 2. de pœnit: & remiſſ: Caiet. c. 72. Sot: 4. diſt. 22. quæſt. 2. artic: 3. concl. 5. Nauar.

c. 27. nu: 105. qui dicit parum, vel nihil prodeſſe nunc ſcire hanc excomm: niſi vt ſciamus vota Papæ reſeruata, & *Reſeruatur Papæ.*

3. Contra Concionatores, qui in ſuis ad populum concionibus prædicant miracula falſa, vel incerta, vel Prophetias, quæ non continentur in ſacra ſcriptura, vel audent Epiſcopis, aut ſuis Superioribus detrahere, &c. Vide Concil. Lateranen: ſub Leone X. ſeſſ. 11. & Doctores citatos, ſupra c. 1. excom: 2. & *Reſeruatur Papæ.*

4. Contra Concionatores, qui in ſermonibus ad populum, vel alias quomodolibet affirmare præſumũt eſſe hæreſim credere Beatam Virginem conceptam ſine peccato originali, vel eſſe peccatum mortale id credere, aut tenere; vel eſſe aliquod peccatum Conceptionis Officium



cium celebrare, concioneſuè eorum, qui immaculatam eam prædicant, audire. Item excommunicantur, qui auſi ſint aſſerere eſſe hæreſim, vel peccatum mortale tenere contrariam opinionem. Et hæc excommunicatio eſt etiam contra alios omnes. Vide Extrau: Graue nimis. de Reliquijs & venerat: Sanctorum. Caietan: c. 74. Nau: nu: 107. c. 27. Suarez diſt: 22. ſect: 5. nu: 30. Sayrum l. 3. c. 30. nu: 10. & *Reſeruatur Papæ.*

5 Contra Concionatores, qui præſumunt prædicare Fratres Prædicatores, vel Minores non eſſe in ſtatu perfectionis, vel non licere eis viuere ex eleemoſynis, neque prædicare neque audire confeſſiones cum licentia Papæ, ſine licentia aliorum Prælatorum, & Curatorum. Vide S. Antonin: 3. par: tit.

24 c.

24. c. Caiet. c. 81. Nauar. c. 27. nu. 109. & *Reſeruatur Papæ.*

6. Contra eos, qui prædicando, vel diſputando audent impugnare, Montes pietatis, Vide Conc. Lateranen: ſub: Leone X. & *Nemini reſer.*

7. Contra Confeſſarios Religioſos negligentes facere cõſcientiæ ſcrupulum non ſoluentibus Decimas, vt diximus ſupra, c. 3. excom: 19. & *Nemini reſeruatur.*

*Aduerte contra Confeſſarios, Concionatores omnes eſſe etiam alias excommunicationes, de quibus infra in c. 9. & 10. Et præterea ſi ſint Religioſi, ligantur excommun. latis contra Religioſos de quibus ſupra, c. 3. Si verò ſint Clerici ſeculares, innodantur excomm. de quibus ſupra c. 2. &c.*

CA-



# CAPVT SEXTVM CONTINENS

*Tres excomm: contra inquiſitores, & Deputatos ad executionem Sancti Officij, vel Commiſſarios, duas reſeruatas Papæ, & vnam nemini reſeruatam.*

Contra Inquiſitores, & alios Deputatos ad ſancti Officij executionem, qui odio, vel amore, vel lucri, aut commodi temporalis gratia, omittunt procedere contra aliquem in cauſa hæreſis; aut ob eaſdem cauſas imponunt alteri hæreſim, vel quod impedierit S. Officium. Habetur in Clem: Multorum. ¶. Verum. de hæret. Vide Caiet. c. 3. Nauar: c. 27. nu: 100. Suarez d. 22 ſeſſ: 3. Sayrum l. 3. c. 29. nu: 25. Tol. l. p. c. 36. nu: 1. & *Reſeruat. PP.*

2. Contra jnquiſitores, & Commiſſarios ipſorum, vel Epiſcoporum, vel Capituli. Sede vacante, ſuper hære-

hæreſim deputatos, qui prætextu Officij Inquiſitionis modo illicito extorquent pecuniam aliquam, vel Eccleſiæ bona ob Clerici delictum Fiſco etiam Eccleſiæ applicant. Habetur in Clement. Nolentes, de hæret. Vide Sylu: excom: 9. num: 81. caſu 42. Nauar: c. 27. nu: 142. Caiet: c. 4. Tolet. l. p. c. 39. nu: 11. & *Nemini reſeruatur.*

3. Contra Commiſſarios, & Delegatos ad cognoſcendum an alienatio bonorum Eccleſiæ ſit in euidentem vtilitatem Eccleſiæ, vel non, qui amore, vel timore alienationi conſentiunt, aut auctoritatem præbent tali alienationi. Habetur in Extrau: Cum omnibus. Pauli ſecundi. Vide Syl: excom. 7. nu. 83. caſu 47. Nau: c 27. nu: 108. Caiet. verò hanc omittit, & *Reſeruatur Papæ.*

*Ad-*



*Aduerte perſonas de quibus eſt hoc c. ligari etiam excommunicationibus, de quibus eſt c. 9. & 10. atque ſi ſint Prælati, excom: de quibus in c. 1. ſi Clerici excom. de quibus in c. 2. Si Religioſi, excom: de quibus in c. 3. &c.*

## CAPVT SEPTIMVM CONTINENS.

*Quindecim excõmunicationes contra Dominos temporales, tres reſeruatas Papæ, & duodecim nemini reſeruatas.*

PRima eſt contra omnes Dominos temporales, & Nobiles, qui cogunt aliquem ad celebrandum diuina Officia in locis interdictis, ſiue cogatur celebrans in ſua perſona, ſiue in conſanguineis; & qui per Præconem, campanam, aut tubam faciunt euocari populum ad audiendam ibi Miſſam, & qui prohibent ne excommunicati, aut interdicti, moniti à celebrante, exeant ab Eccleſia. Hæc excom: eſt eti-

am

am contra prædictos monitos, non exeuntes. Habetur in Clemen. Grauis. de ſent. excom. Vide Caiet: c. 42. Sylu. excom. 7. nu: 15. caſu 17. Nauar: c. 27 nu: 104. Suar: diſp: 22. ſect: 4. nu: 27. Tolet. l. 1. c. 36. nu: 4. & *Reſeruatur Papæ.*

2. Contra omnes Dominos, etiam Reges, & Imperatores, qui concedunt in ſuis terris inter Chriſtianos Duellum. Hæc excommunicatio eſt etiam contra duellantes, & ſpectatores, &c. Habetur in C. Trid: ſeſſ: 25. de reform. c. 19. & in Bullis plurium Pont: ſed præcipuè in Bulla Clem: VIII. de Duello. Vide Say. l. 3. c. 31. nu: 2. & *Reſeruatur Papæ.*

3. Contra omnes habentes dominium temporale, qui prohibent ſubditis, ne quidpiam vendant perſonis Eccleſiaſticis, neque ab eis emant, neque eorum frumenta molant



lant, aut panem coquant, &c. habetur in c. fi. de immun: Eccleſ. in 6. Vide Sylu: excom: 9. nu: 50. caſu 23. Caiet. c. 37. Nauar. c. 27 nu: 130. Sayr. l. 3. c. 34. num: 16. Suar: d. 23. ſect. 4. nu, 24. & *Reſeruat: PP.*

4. Contra omnes Principes. Senatores, Iudices, Conſules, Rectores, Officiales, & alios Dominos, qui intra menſem à die notitiæ habiti delicti, non obſeruant, quod ſtatutum eſt contra inſequentes Cardinales. Vide c. fœlicis, de pœnis, in 6. Sylu: excom: 9. nu. 64. caſu 33. Nauar: c. 27. nu: 136. Caiet. c. 11. & *Nemini reſeruatur.*

5. Contra omnes Dominos, Gubernatores, Rectores, aliosque Officiales cuiuſcunque dignitatis ſint, qui non obſeruant diligenter omnia, quæ circa electionem Papæ, ſtatuuntur in c. vbi periculum. ¶. Præterea

terea de elect. in 6. Vide Caiet. c. 54. Syluest. excom: 9. nu: 35. caſu 12 Nauar: nu: 121. & *Nemini reſeruat.*

6. Contra omnes habentes iuriſdictionem temporalem, qui non obediunt Epiſcopis, & Inquiſitoribus in requirendis hæreticis, & aliis præſtandis, de quibus in c. vt Inquiſitionis de hæret. in 6. Hæc excom. eſt etiam contra dantes auxilium, conſilium, fauorem. Habetur in dicto capite, vt Inquiſitionis. Vide Caiet. c. 2. Sylu. excom: 9. nu. 58. caſu 28. Nauar: c. 27. nu: 135. Tolet: l. 1. c. 38. nu. 19. & *Nemini reſeruatur.*

7. Contra Poteſtates, Capitaneos, Rectores, & Officiales omnes quarumcunque Ciuitatum, qui faciunt ſcribunt, vel dictant ſtatuta, vt ſoluantur vſuræ, vel vt ſolutæ, non poſſint repeti, vel iudicant vſuras eſſe



eſſe ſoluendas, & habetur in Clem: 1. de vſuris. Vide etiam Caiet: nu: 5. Sylu. excom: 9. nu: 82. caſu 43. Nauar. c. 27 nu: 143 & *Nem. reſer.*

8. Contra omnes facientes ſeruari ſtatuta, vel conſuetudines, quæ ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam, & habetur in c. Nouerit de ſent: excom: Vide Caiet. c. 31: Nauar: 27. nu: 129. Sylu. excom: 9. nu: 31. caſu 10. & *Nemini reſeruatur.*

9. Contra concedentes Repreſalias contra perſonas Eccleſiaſticas, aut bona ipſorum, niſi infra menſem à die conceſſionis id reuocent. habetur in c. vnico. de iniuriis, in 6. Vide Caiet: c. 32. Sylu. excom. 9. nu. 62. caſu 32. Nauar: c. 27. nu: 136. & *Nemini reſeruatur.*

10. Contra omnes Magiſtratus ſeculares, qui requiſiti ab Epiſcopo, non ei præbent auxilium brachij ſecu-

ſecularis, vt ſeruetur clauſura Monialium· habetur in C. Trid:ſeſſ.25. de reformat. c. 5. & *Nemini reſeruat:*
11. Contra omnes Officiales, & Magiſtratus, qui non paruerint Cardinalibus, Inquiſitorib: Generalibus Romæ. in ijs, quæ ſpectant ad S. Officium. habetur in Extrau. Sanctiſſimus Pij V. & *Nemini reſeruatur.*
12. Contra omnes Principes quacũque, tam Eccleſiaſtica, quam mundana, etiam Regali, & Imperali dignitate fulgentes, qui in ſuis terris permittunt fieri Taurorum agitationes, ſeu ferarum. habetur in Extrau: De ſalute, quæ eſt 47 Pij V. Vide Nauar: c. 15. nu. 19. & *Nemini reſeruatur.*
13. Contra Principes, & Rectores locorum quorumcunq;, qui non faciunt diligenter inquiri perDomos & Synagogas Iudeorum libros Talmut,



mut, & inuentos comburere. Habetur in Decreto Cardinalium, quod eſt primo Tomo Bullarum. fol. 12. & *Nemini reſeruatur.*
14. Contra habentes iuriſdictionem. qui directè, vel indirectè cõtrahi faciunt matrimonia non liberè. Habetur in C. Trid: ſeſſ: 24. c. 9. de Reform: Matrim. Vide Sanchez l. 4. diſp. 22. nu: 8. & Suar d. 23, ſect. 7. nu 6. & *Nemini reſeru.*
15. Contra Adminiſtratores, Iudices, & Gubernatores ſeculares, qui conuenti ab Epiſcopis, & viris Eccleſiaſticis, quod iuſtitiam non ſeruent, poſt trinam monitionem non ſe corrigunt. Habetur in c. adminiſtratores. 23. q. 5. Vide Tolet: l. 1. c. 37. nu: 1. Suar: diſp. 29. ſect. 2. nu. 1. & *Nemini reſeruatur.*

*Aduerte contra Dominos omnes, etiam Reges, & Imperatores eſſe alias quoque excommuni-*

*municationes, vt illam, quæ eſt contra percuſſorem Clerici, & alias, quæ ponuntur infra in c. 9. ab excommunicationibus verò Epiſcopalibus, generaliter latis, non ligantur Reges nec Reginæ, nec eorum filij, vt dicitur in c. cum capella. de Priuilegijs. in ſexto.*

## CAPVT OCTAVVM CONTINENS

*Quindecim excommunicationes contra ſtatus particulares, quinque reſeruatas Papæ, & decem nemini reſeruatas.*

CONTRA Officiales S. Pœnitentiæ, accipientes aliquid etiam à ſpõte dantibus, vel facientes alia prohibita à Bulla 85. Pij V. quæ incipit, In omnibus rebus, de qua Sayr: l. 3 c 31 nu 8. & *Reſeruatur Papæ.*

2. Contra Iudices, qui ſe intromittunt circa pertinentia ad officium Auditoris Cameræ contra tenorem præſcriptum in Extrauagan. Ad eximiæ, quæ eſt 38. Pij IV. & *Reſeru PP.*





3. Contra Præſidentes, & Officiales omnes Montium Pietatis Status Eccleſiaſtici, qui pecunias ad dictos Montes quomodolibet ſpectantes in alios, quàm pauperum vſus diſponere præſumũt. Habetur in Breui Pauli V. quod incipit, Oneroſa Paſtoralis edito anno 1615. & *Reſer. PP.*

4. Contra omnes Eccleſiaſticos, tam ſeculares, quàm Regulares, qui in Regno Neapolitano Bannitos viarum Graſſatores receperint. Habetur in Breui Sixti V. de quo Quaranta V. Bannitorum fautores. & *Reſeruatur Papæ.*

5. Contra Vicecamerarium, Theſaurarium, & Clericos miniſtros, aſſiſtentes in Tribunali Cameræ Apoſtolicæ, ſi non ſeruant, quæ ſtatuuntur in Bulla reform. dicti Tribunalis quæ incipit, Cum inter, & *Reſeruatur Papæ.* Huc ſpectat excommuni-

munic: Papalis lata cõtra Miniſtros eiuſdem Cameræ, rationem adminiſtrationis fideliter non reddentes, de qua Sayr: l. 3. c. 31. nu: 1.

Aliæ etiam excommunicationes contra Iudices, & Officiales Cameræ Apoſt: & aliorum Tribunal. partic. habentur in aliis Bullis. ſed *Nemini reſeruantur.*

6, Contra Doctores, qui ſcienter docent Leges, aut Medicinam Religioſos, qui reliquerunt ſuum habitum; aut retinere in ſuis Scholis præſumunt: Habetur in c. 2. ne clerici, vel monachi. Vide Caiet. c. 62. Syluest. excom. 9. nu. 56. caſu 26. Nauar. c. 27. nu. 134. & *Nemini reſ.*

7. Contra Doctores, & Rectores, Vniuerſitatum, ad quos pertinet conferre gradus, ſi patiantur aliquem promoueri ad gradus aliter, quam præcipitur in Extrauag. In ſacro-



ſacroſancto Pii IV. & *Nemini reſeru.*

8. Contra Gubernatores, Rectores, Præſidentes, & alios Officiales Sedis Apoſtolicæ, qui præſumunt dare licentiam, etiam ad breuiſſimum tempus deferendi, vel retinendi Archibuſetos minores 2. palmis. Hæc excom: ligat etiam Vicelegatos, & Legatos. Habetur in Extrau: Cum vices eius, quæ eſt 65. Pii IV. & *Nemini reſeruatur.*

9. Contra Rectores, Præſidentes, & Gubernatores terrarum immediatè ſubiectarum Sedi Apoſtolicæ qui applicant alteri, quam Cameræ Apoſtolicæ pænas pecuniarias, & confiſcationes. Habetur in Extrau: Decet, Pii IV. & *Nemini reſeru.*

10 Contra eoſdem, & omnes iuſtitiam in terris Eccleſ: adminiſtrantes, qui perturbant, vel impediunt Notarios, qui Officia emerunt, ut

 ordi-

ordinatur in Extrau: Superna, quæ eſt 107. Pii IV. & qui ſeſe ingerunt ad illa officia, aut alios Notarios intromittunt. Habetur in d. Extrau. Superna, & *Nemini reſeruatur.*

11. Contra Officiales Pœnitētiariæ, qui præſumunt ſe intromittere in expeditionibus, & conceſſionibus prohibitis ab Extrau: in ſublimi, quæ eſt 60. Pii IV. & *Nemini reſeruat.*

12. Contra eos, qui exigunt datia, gabellas, pedagia, vectigalia à Religioſis Mendicantibus, & qui eos perturbant, aut moleſtiam eis inferunt, in prædictis toties quoties; & qui exigunt aliquid ab eiſdem pro pontibus, viis, æquæductibus, muris, mœnibus, aliiſq; machinis ſtruendis, vel reparandis, ſeu reficiendis, ac locorum fortificationib: aut militum hoſpitiis. Et hæc excommunicatio ligat etiam omnes,





qui dictos Religioſos Mendicantes, quo ad omnia eorum bona, & quo ad ſuos colonos, affictuarios, negotiorumq; geſtores, non admittunt exemptos ab omnibus exactionibus, tam vrbanis, quam ruſticis. Habetur in Extrau. Dum ad vberes, quæ eſt 14. Pii V. & *Nemini reſeruat.*

13. Contra Rectores Eccleſiarum Parochialium, & Religioſos Mendicantes, in partibus Germaniæ exiſtentes, qui pacem inter ipſos factam violant: Vide Extrau. 2. de tregua, & pace, & Sayrum l. 3. c. 33. nu. 49. & *Nemini reſeruatur.*

14. Contra Laicos oblationes Sacerdotibus factas accipientes. Vide c. hanc 10. quæſt. 1. Graffium l. 4. c. 24. nu: 10. *Nemini reſeruatur.*

15. Contra Doctores, & Scholaſticos Vniuerſitatis Bonon. qui conducunt domos alterius Doctoris, aut

Scholaſtici ſine eius conſenſu. Vide c. 1. de locato, & Nauar. c. 27. nu: 114. ¶ quarta. & *Nemini reſeruatur.*

*Aduerte eſſe etiam alias excommunicationes contra particulares Status, præſertim in particularibus conſtitutionibus, & Priuilegijs. Denique aduerte contra omnes Status, eſſe etiam excommunic: de quibus infra c. 9. & 10.*

## CAPVT NONVM CONTINENS

*Sexagintaſex excommunicationes contra omnes, quadraginta reſeruatas Papæ, & vigintiſex nemini reſeruatas.*

PRima eſt contra percutientes Clericum, vel Monachum, ſuadente Diabolo, id eſt cum peccato mortali. Vide c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. & Doctores. Hæc excommunicatio, ſi percuſſio ſit leuis, reſeruatur Epiſcopo, ſi grauis, *Reſeruatur Papæ.*

Procedit primò etiam ſi Clericus ſit



ſit prima Tonſura tantum inſignitus, c. cum contingat, de ætate, & qualitate. Secundò, etiam ſi Clericus ſit coniugatus, dummodo cum vnica, ac virgine; atq; geſtet habitum, & tonſuram. c. 1. de cleric. coniug: in 6. Tertiò, etiam ſi Monachus ſtrictè ſumptus non ſit, ſed Religioſus. i. tria Vota in Religione approbata, emiſerit. c. cum illorum de ſenten: excom: Quartò, etiam ſi fœmina ſit, vt ſupponitur in c. d Monial. de ſent. excom: quintò, etiam ſi Nouitius, vel Nouitia ſit. c. Religioſi, ¶ quamuis. de ſent: excom: in 6. Sextò, etiam ſi Conuerſus, vel Connerſa ſit, c. non dubium,, de ſent: excom.

Extenditur primò ad eos, quorum auctoritate, vel mandato alij percutiunt. c. mulieres, de ſent. excom. Secundò, ad ratam habentes per-

percuſſionem ſuo homine factam. c. cum quis. de ſent. excom: in 6. Tertio ad eos, qui cum poſſint: huic facinori deſinunt obuiare. c. quantæ. de ſent. excom. Quartò, ad detinentes in cuſtodia publica, vel priuata, vel etiam detrudentes in vincula etiam ſi nulla corporalis læſio fuerit ſubſecuta, c. nuper de ſent. excom: Quintò, ad conſentientes, dando percuſſori auxilium, conſilium, vel fauorem, vt probant Doctores ex d. c. quantæ, per locum à fortiori. Sextò, ad percutientes illum, qui ſponte ſe ſubiicit percuſſioni. c. contingit. de ſent: excom: ipſe tamen Clericus, qui ſe tali percuſſioni ſubiicit, non eſt excommunicatus, ſed excommunicādus. ex d. c. cōtingit. quod ſi percuteret ſeipſum cum p. m. eſſet ex- municatus. ex Panorm. in d. c. cō-





tingit nu 6. Naua. c. 27. nu 79. Tolet: l. 1. c. 34. nu: 7. qui alios citat: & Suarez diſp. 22. ſect. 1. nu. 59.

2. Eſt contra illum, qui excommunicatus à Delegato Papæ per annum, manet in excommunicatione; tunc enim excommunicatio ex c. quærenti. de offic. de leg: *Reſeruatur Papæ.*

Verum hæc non eſt cenſura à Iure, ſed ab homine Delegato à Papa, cui conceditur per annum iuriſdictio in ordine ad ſuæ ſententiæ executionem. Hinc fit, vt intra annum Delegatus, poſſit abſoluere, non vltra; quia ceſſat eius iuriſdictio, & remanet in delegante. i. Papa. Conſequenter hæc excommunicatio eſt ab homine, non à Iure. Vide Suarez diſt. 22. ſect 2. nu: 2. Secunda ergo excommunic. à Iure lata ſit, quæ habetur in c. dura.

¶. adijcientes, de crimine falſi. contra eos, qui habent litteras Apoſtolic. falſas & intra viginti dies eas non deſtruunt, aut reſignant; hi enim debent promulgari excommunicati ab Epiſcopo. & talis excommunicatio promulgata ( vt notat Suarez nu: 3. Tolet: l: 1. c. 22. in fin. Sayr. l. 3. c. 29. nu. 3. ) *Reſeruatur Papæ.*

3. Eſt contra Incendiarios ſecundum aliquos Doctores. Alii tamen melius dicunt nullam adhuc excommunicationem de Iure communi latam eſſe contra Incendiarios. ita Caiet: c. 22. Naua: c. 27. nu. 94. Tol: l. 1. c. 35. nu. 5. Suarez diſ: 22. ſect. 2. nu: 15. Sayrus l. 3. c. 29. nu: 8. Si tamen excommunicatio lata ſit ab Epiſcopo, & publicata, tunc: *Reſeruatur Papæ.*

4. Contra effringentes, & ſpoli-





antes Eccleſiam, & ante denunciationem nemini reſeruatur; poſt denunciationem verò eſt Papalis, vt habetur in c. conqueſti. de ſent. excom. Vide S. Antonin: 3 par: tit. 24. c. 12. Sylu. exc: 7. nu. 6. Caiet. c. 21. Nauar. c. 27 nu. 94. ¶. octaua. Tol. l. 1. c. 34. nu. 6. Suar. diſp. 22. ſect. 2. num. 4. Sayrum l. 3 c. 29. nu: 13. & *Reſeruatur Papæ.*

5. Contra tres actiones, de quibus in c. quicunq; de ſent. exc: in 6. Prima eſt dare licentiam inferendi iniuriam, vel grauamen ijs, qui ſententiam excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti tulerunt, etiam ſi dans talem licentiam ſit Rex, & etiam ſi grauamen inferatur non dictorum Iudicum perſonis, ſed bonis ſuis, vel ſuorum; aut etiam illis, qui occaſio fuerunt latæ ſententiæ, vel renuerunt com-

municare cum ſic excommunicatis. Secunda, vſus talis licentiæ. Tertia illatio talis iniuriæ, ſeu grauaminis propria auctoritate ſine licentia vlla: quicunq; fecerit aliquã ex his actionib: niſi licentiam datam re integra reuocauerit, & bona intra octo dierum ſpatium reſtituerit, incidit in excom. quæ poſt duos menſes *Reſeruatur Papæ.* Vide Doctores ſupra citatos.

6, Contra eligentes, vel nominantes in Senatorem Romanum perſonas expreſſas in c. fundamenta. de elect: in 6. Vide Doctores citatos, & *Reſeruatur Papæ.*

7. Contra indictos, vel excommunicatos, qni moniti à celebrante, vt exeant ab Eccleſia, non exeunt. vt ſupra c. 7. excom. 1. & *Reſer: PP.*

8. Contra eos, qui fidelium cadauera exenterant, vel concidunt in



in fruſta, vel elixant, carnes ve ex oſſibus ſeparant, aut prædicta fieri faciunnt in locis fidelium, vt alibi ea ſepeliant. Vide extr. Deteſtandæ. de ſepult. & Doct: citatos, & *Reſeruatur Papæ.*

9. Contra omnes, qui dant, vel recipiunt aliquid ſimoniacè pro ingreſſu Monaſterij, vt ſup: c: 3. excom: 4, & *Reſeruatur Papæ.*

10. Contra omnes, qui dant, vel recipiunt aliquid ſimoniacè pro ordine ſuſcipiendo, vel benficio conſequendo, vt ſup: c. 2. excom: 4. Item qui committunt ſimoniam confidentialem, vt ſupra, c. 2. excom: 5. & *Reſeruatur Papæ*

11. Contra omnes præſumentes aſſerere eſſe hæreſim, vel p. m. dicere Beatam Virginem conceptam ſine peccato originali, vel contra, vt ſupra, c. 5. excom. 5. & *Reſer: PP.*

His

*Hic aduerte eſſe etiam alias excommunicationes contra aſſerentes alias propoſitiones damnatas a Sede Apoſtolica, vt contra aſſerentes licitum eſſe abſoluere a peccatis, abſentem, &c. & reſeruatur Papæ. Item contra aſſerentes, habita copia Confeſſarij, non neceſſario præmittendam eſſe confeſſionem, communioni; & Nemini reſeruatur, &c.*

12. Contra omnes violantes Clauſuram Monialium ad malum finem: Vide declarationem Decreti ſuper abſolutione à caſibus reſeruatis, editam anno 1602. & *Reſeruatur Papæ.* Vt quibuſdam videtur: alii tamen dicunt eſſe caſum reſeruatum Papę ſine excommunicatione.

Adde hic primo eſſe excommunicatos à C. Trid. ſeſſ. 25. c. 5. de regularibus omnes cuiuſcunque generis, aut conditionis, ſexus, vel ætatis fuerint, qui ſine Epiſcopi, vel Superioris licentia in ſcriptis obtenta ingreſſi fuerint intra ſepta Mo-



Monaſterii Monialium, ſed hæc excomm: Conc: nemini reſeruatur. Adde ſecundò à Pio V. primum in Extrauang: Regularium, deinde à Gregor: XIII. in Extra: Vbi gratiæ. poſtea à Paulo V. anno 1612, die 10. Iulii reuocatas fuiſſe omnes licentias ingrediendi Monaſteria Monialium ſecularibus mulieribus conceſſas, & Gregor: reuocauit etiam conceſſas viris, & fulminauit excom. Papalem, tam contra dictis licentiis vtentes, quam contra perſonas Religioſas eos recipientes. Adde tertiò contra omnes, tam viros, quam mulieres ingredientes Monaſterium Monialium, etiam cum licentia Ordinariorum extra neceſſitatem latam eſſe excommunic. Papalem à Grego: XIII. in dicta Extrau: Vbi Gratiæ, quam ligare non ſolum ingredientes, ſub

præ-

prætextu licentiæ, ſed etiam ingredientes ſine tali prætextu dicit Nauar: c 27 nu: 150 verſ. Adde ſecundò. Qui etiam teſtatur ita ſeruare ſacram Pœnitentiariam.

13. Contra omnes cuiuſcunq; gradus, qui, vt literas Apoſtolicas gratis expediant, ſe Cardinalium, aut aliarum perſonarum, ex quarum priuilegiis literæ Apoſtolicæ gratis expediri ſolent, nepotes, germanos, aut familiares continuos, vel commenſales in dictis literis Apoſtol: falſo nominauerint. Vide Extrau. Cum ſicut. Innoc: VIII. quæ eſt 7. & *Reſeruatur Papæ.*

14. Contra omnes, qui lapides, ſiue alia ornamenta de Eccleſiis, & locis ſacris ſurrepta habent, aut in ſurripiendo, ſeruando, retinendo, auxilium præſtiterint, vel fauorem, niſi à die habitæ huius excommunicationis notitiæ, ea reſtituant cum effectu. Vide Extrau: Cum prouida. Sixti Quarti. quæ eſt tertia, & *Reſeruatur Papæ.*



15 Contra omnes, qui libros, vel ſcripturas Cameræ Apoſtolicæ ſurripuerint, vel detinuerint, vel ſcientes raptores, ſeu detentores non patefecerint. Vide extrau: Cum acceperimus, quæ eſt 24. Iulii III. & *Reſeruatur Papæ.*

16. Contra omnes, qui Papatum ambiunt, vt ſup. c. 1. excom: 3 & *Reſeruatur Papæ.*

17 Contra omnes, qui vt beneficiũ impetrent ſe pro alio in examine ſupponunt. Vide Extrau. Inter cæteras, quæ eſt 33 Pauli IV. & *Reſ. PP.*

18 Contra omnes, qui ex partibus infidelium ad partes fidelium alumina deferunt. Vide Extraua. Ex Apoſtolicæ ſeruitutis quæ eſt 23, Pii Quarti, & *Reſeruatur Papæ.*

19. Contra omnes, qui literas, vel ſcriptum, cuiuſuis generis, aut nũtium, aut ſignum ad eos, qui in Conclaui ſunt, miſerint. Qui item receperint, vel è Conclaui ad eos, qui foris ſunt ſimilia miſerint, vel receperint. Vide Extrau: In eligendis, quæ eſt 18. Pii Quarti, & *Reſeruatur Papæ*

20. Contra omnes, qui non reuelant Papæ, ſi fuerint in Curia; vel Ordinario loci. vel viciniori Ordinario auctorem, adminiſtratorem, vel conſcium coniurationis, ſiue conſpirationis commiſſi, committendiuè criminis in perſonam Card &c. Vide Extr: Infelicis ſeculi, quæ eſt 93. Pii V. &, *Reſer. Papæ.*

21. Contra omnes, qui Chriſtianos habitantes in Terris occupatis à Turcis capiunt, aut præter eorum voluntatem, etiam data mercede remi-



remigare, cogunt, vel taleam imponunt, vel eorum bona diripiunt aut eos liberè, cum coniugibus, liberis, & bonis ſuis abire non permittunt. Vide Extrauagan. Licet omnibus quæ eſt 56. Pii V. & *Reſe: PP.*

22. Contra omnes, qui receperint à tertia tantum parte Cardinalium electum in Papam, ſi ipſe tali ſuæ electioni conſenſerit. & hæc excom: ſecluſo ſchiſmate non eſt Papalis, vt inquit Caiet. c. 9. ſed hic ſemper interuenire ſchiſma, dicit Suar. diſ- 23. ſeſſ. 3. nu. 2. conſequenter eſt in Bulla Cœnæ, & *Reſeruatur Papæ.*

23. Contra omnes inferiores Epiſc: qui etiam ratione ſtatuti, vel priuilegii, vel conſuetudinis fructus aliquos primi, vel vlterioris anni beneficii vacantis retinẽt, vel illorum ceſſionem, aut renunciationẽ, vel dulciaria, aut alia quomodocunq;

cunq; petunt, vel exigunt. Vide Extrau: Durum nimis quæ eſt 106. Pii V. Nau: c. 27. nu. 150. ¶. ſexageſima quarta. Sayr: l: 3. c. 31. nu: 14. Philiarcum de off: Sacerd. l 3. c. 30. caſu. 25. & *Reſeruatur Papæ.*

24. Contra omnes ſuadentes tam per ſe, quam per alium Sum. Pont: vt Oppida, & Loca ad Romanam Eccleſ. pertinentia alienet, vel infeudet. Vide Extrau Admonet nos, quæ eſt 35 Pii V. *Reſeruatur Papæ.*

25. Contra omnes, qui pro iuſtitia, vel gratia obtinenda apud Sedem Apoſt. promittunt, dant, vel recipiunt aliquid. Item ſcientes, & reuelantes infra triduum; quin etiam vtentes ſic obtentis; & conſilium, auxilium, vel fauorem in id præſtantes. Vide Extra: Ab ipſo Pontiſicatus noſtro, quæ eſt 28. Gregor. XIII. & *Reſeruatur Papæ.*





26. Contra omnes perſonas Epiſc: inferiores iurantes, aut iurare facientes illicita impoſſibilia, damnoſa, &c. Eccleſiæ libertati, aut decretis Concil. Trid: aduerſantia. Vide Extr: Inter Apoſtolicas quæ eſt 103. Greg. XIII. & *Reſeruatur Papæ.*

27. Contra omnes perſonas notorias, criminoſas, ſeu diffamatas, quæ per Italiam furantur animalia, blada, & alia quæuis bona; omnes etiam ſeculares, & regulares, quæ ſcienter de eiſdem rebus ſic male acceptis ſecum faciunt quemcunq; contractum emendo, Permutando, recipiendo retinendo. Habetur in Extr: Non ſine graui, quæ eſt 100. Gregor. XIII. & *Reſeruatur Papæ.*

28. Contra omnes cuiuscunq; gradus, etiam ſi imperat. aut Card. ſint, qui promiſſiones, ſtipulationes, cōuentiones, aut pacta (quæ vulgo

ſcommeſſe dicuntur) aut contractum aliquem faciunt ſuper vita, aut morte, aut ſuper futura creatione Sum: Pont: viuente ipſomet Sum. Pont: vel vacante. Sede Apoſt: aut etiam ſuper futura creatione Card: quam etiam ſententiam incurrunt, permittentes huiuſmodi tacitè, vel expreſsè fieri in Terris, Ciuitatibus, Locis. & Dominiis ſuis; vel conſilium, auxilium, aut fauorem in prædictis dantes. Habetur in Extrauag: Li maualgi. Greg: XIV. quæ eſt edita die 21. Martij 1591. & *Reſeruatur Papæ.*

29. Contra omnes extrahentes delinquentes à ſacris locis, præterquã in caſibus conceſſis per Greg: XIV. in ſua conſtit, quæ incipit: Cum alias ac etiam in illis abſq; licentia Epiſc. vel Ordinarii loci, Habetur in d. Extrau: Greg. XIV. *Reſer Pp.*

Immo



Immo in Bull. Cæ: vt quidam volunt.

30. Contra omnes cuiuſcunq; ſtatus, & præeminentiæ exiſtant, qui Societ: IESV Inſtitutum, conſtitutiones, &c. quouis diſputando, vel etiam veritatis indagandæ quæſito colore, directè, vel indirectè impugnare, vel eis contradicere audent. Habetur in Extra. Aſcendente Domino, quæ eſt 100. Greg: XIII. & *Reſeruatur papæ*

31. Contra omnes cuiuſcunq; ſtatus in Duello publico, Vel priuato pugnantes, aut aliquid ad id tentantes, prouocantes, & acceptantes, aut locum, ſeu campum ad pugnam dantes ſeu concedentes, ac etiam in illo ex compoſito aſtantes, intereſſentes, laceſſentes, comitantes, & comitiuam præſtantes, nec non conſultores, adhæ-



rentes,

rentes, & fautores. Item chartas Duelli ſcribentes, affigentes, publicantes, ſeu de illo ſe intromittentes, etiamſi nulla pugna ſit ſecuta. Habetur in Extr: Illius vices, quæ eſt Clem: VIII. & ante eum ſimilia ſtatuit Pius IV, Greg: XIII. & Concil: Triden: & *Reſeruatur Pap.*

32. Contra omnes extrahentes frumenta, blada, legumina, & oleum, & extrahi facientes ex ſtatu Eccleſiæ. Vide Extra. Pauli V. Inter grauiſſimas curas, ex conſuetudine (vt quibuſdam videtur) *Reſer. Papæ.*

33. Contra omnes, qui Cardinalium, & aliorum, qui in conclaui ſunt. vel ipſius etiam electi Pontificis domos, res, bonaq; illorum violenter inuaſerint, receperint, occupauerint, & aſportauerint. Habetur in Con. Conſt: ſeſſ. 41. c. omnis ætas, & *Reſeruatur Papæ.*





34. Contra omnes, qui in proprios vſus conuertunt per vim, vel ſuppoſitas perſonas bona Eccleſiæ. Habetur in Conc. Trid. ſeſſ: 22. c. 11. & *Reſeruatur Papæ.*

35. Contra omnes qui per vim metum, fraudem, aliam vè artem bona, fructus, aut iura Eccleſiarum, locorum vè piorum, occupant. Clerici item, qui nefandæ huius, fraudis, & vſurpationis fabricatores, eidem vè conſentientes fuerint Habetur in Conc. Trid: ſeſſ: 22. c. 11. de reform. & *Reſeruatur Papæ.*

36. Contra omnes, qui non permittunt Chriſtianos captiuos apud Turcas, poſtquam illos ceperint liberè abire, cum ſuis liberis, coniugibus, & bonis: Vide Extrauag: Licet quæ eſt 56. Pii V. & *Reſer. PP.*

37. Contra omnes, qui impediunt, prohibent, vel moleſtant perſo-

nas non impeditas, volentes in-
gredi Religionem S. Benedicti.
Habetur in Bulla illi Religioni cō-
ceſſa, quæ incipit, Et ſi ad vniuer-
ſas, de qua Viualdus de excom: nu:
45. excom: quadrageſima quinta,
& *Reſeruatur Papæ.*

Similis excom. eſt contra omnes
qui Ordini Prædicat: aut Minorum
inferunt iniuriam in quinq; caſi-
bus, de quib. S. Ant. p. 3. tt. 24.
c. 70 Caiet: V. excom: c. 81. & alii:
Primus eſt libellos famoſos: canti-
lenas, vel rithmos edere, vel reti-
nere, vel publicare in infamiam,
& detractionem Ord: Secundus
eſt dicere, & defendere, quod ordo
illorum non ſit in ſtatu perfectio-
nis, & quod non liceat eis de elee-
moſynis viuere, prædicare, confeſ-
ſiones audire, de licentia Papæ. a-
liorum Ordinariorum conſenſu
mini-



minimè requiſito. Tertius eſt exer-
cere violentiam in locis illorum.
impedire, ne poſſint in ſuis Eccleſi-
is celebrare, recipere eleemoſynas,
vel prædicare. Quartus eſt ab vni-
uerſitate Pariſiēſi eos eijcere. Quin-
tus eſt retinere Apoſtat: Ord: Præ-
dicat: Excommunicati ſunt etiam,
qui retinent Minores à ſuo Ordin:
ſine licentia recedentes, vt patet
ex priuilegio conceſſo Minorib;
ab Innoc. IV & quod diximus de
Ord. S. Bened. & Prædic: & Mi-
norum, dicendum eſt de aliis Or-
dinib: quib: communicata ſunt
eorum priuilegia.

38. Contra omnes, qni ad Sepul-
chrum Domini accedunt abſq; li-
centia Papæ. Vide S. Antonin. ſua
Summa, p, 3. tit. 24. c. 30. in fine,
vbi dicit hanc excom: reſeruari PP.
vel ſummo Pœnitentiar. Vide eti-

am

am Suar. diſp: 22. ſ. 6. num. 9.

39. Contra omnes Cōicantes ſcienter in crimine criminoſo cum excommunicatis, quorum excommunicatio ſi nemini reſeruatur, etiam hæc excommunicatio nemini reſeruatur. ſi reſeruatur Epiſcopo, etiam hæc reſeruatur Epiſc. ſi denique reſeruatur Papæ, etiam hæc (vt dicitur in c. nuper. ¶. in 2. verò q. de ſent. excom:) *Reſer: Papæ.* Vide Nauar: c. 27. nu: 112. & Suar: d. 22 ſect. 2. nu: 22. Tole. l. primo, c. 13 nu: primo.

40. Contra omnes, qui ob mortis periculum, vel aliud impedimentum legitimum abſoluti ab excom: reſeruata, ceſſante periculo, ſeu impedimento contemnunt, quam citò commodè poſſunt ſe præſentare illi, cui excomm: reſeruatur: Qui ſi fuerint abſoluti ab excommu-



muncatione reſeruata Epiſc. hæc excom: etiam reſeruatur Epiſc. Si verò fuerint abſoluti ab excomm: Papali, hæc etiam excommunicat. (vt habetur in c. eos qui de ſent: excom. in 6. de quo vide Caiet. c. 69. Nauar: c. 27. nu: 46. & 113. Tol. l. 1. c. 15. nu. 2. Suarez diſt. 22. ſ. 3. nu: 9,) *Reſeruatur Papæ.*

Eadem excomm. Papalis in eod: c. eos qui. fertur contra eos, qui abſoluti à Sede Apoſt. vel eius Legatis, cum obligatione ſe præſentandi Ordinariis ſuis, vel aliis quibuſcunq; , vt ab eis pænitentiam ſuſcipiant. & ijs quib: debent ſatisfactionem exhibeant competentem, hoc, cum primum potuerunt, non curarunt adimplere. Vide Doctores citat.

41. Eſt contra omnes, qui per ſe, vel per alios præſumpſerint vexare a-

 liquam

liquam perſonam Eccleſ: vel eius conſanguineos, vel ipſas Eccleſ. aut alia loca pia ſpoliando, ſeu alias iniuſtè perſequendo, eo quod noluerit eligere eum, pro quo rogabatur. Habetur in c. ſciant cuncti, de elect: in 6, Vide Sylu: exc: 9. nu: 38. caſu. 13. Tol: l. 1. c. 38. nu. 4. Suar: diſt. 23. ſect. 4. nu: 3. Caiet. c. 34. & Nau. c. 27. nu. 123, Sayr: l. 3. c. 34. nu. 7. *Nemini reſeruatur*

42. Contra omnes, qui in locis piis titulum defenſionis, aut ſimilem de nouo vſurpare conantes iura ad talia loca pertinentia, aut eorum bona, quando talia loca vacant, occupare præſumunt. Et acceſſoriè fertur, hæc excomm: contra perſonas dictorum locorum piorum, quę prædicta fieri procurant. Habetur in c. generali. de elect. in 6. Vide Doctores citat. & *Nemini reſeruatur.*

43. Con-



43. Contra omnes, qui clam loquũtur Card: dum ſunt in conclaui ad eligen: Papam. Habetur in c. vbi periculum, de elect. in 6. Vide Doctores cit: & Extr. 81. Pii IV. de qua ſupra diximus excom: 19. & *Nemini reſeruatur.*

44. Contra omnes, qui vocati, vt interſint electioni Monial. aliquid faciunt, ex quo poteſt oriri, vel nutriri diſcordia inter ipſas Monial: ſuper huiuſmodi elect. Habetur in c. indemnitatibus. ¶ poſtremò, de elect in 6, Vide Doct: cit: *Nem. reſer.*

45. Contra omnes, qui cum ſint partes in iudicio incitant Conſeruatorem ad procedendum in iis, quæ non continent apertam violentiam, vel iniuriam, & quæ requirunt altiorem indaginem. Habetur in c. fi. de offic: deleg: Vide Doct: cit: & *Nemini reſeruatur.*

 46. Con-

46. Contra omnes, qui vi, aut metu extorquent abſolutionem, vel reuocationem excòm. ſuſpenſio. vel interdicti. Habetur in c. vnico de iis, quæ vi. met. cau: fiunt in 6. Vide Doct. cit. & *Nemini reſeruatur.*

47. Contra omnes, qui fingunt caſum, vel fraudem aliquam faciunt. vt Iudex ipſe perſonaliter eat ad mulierem eius teſtimonium per ſe ipſum accepturus. Habetur in c. mulieres, de iud. in 6. Vide Doct: cit. & *Nemini Reſeruatur.*

48. Contra compellentes perſonas Eccleſiaſt. ad ſubmittendum eis iura Eccleſ. in caſib. iure prohibitis, & qui aliquid Eccleſiæ habentes per contractum licitum vſurpant ſibi plus, quam permiſſum eſt ex tali contractu, ſi admoniti non deſiſtant. Vide c. 2. de rebus Eccleſ: non alien. in 6. Doct: & *Nemini reſ:*

49. Con-



49. Contra præſumentes ſepelire hæretic. vel eis credentes, aut eorum receptores, defenſores, fautores, in loco ſacro, & non debent hi abſolui, donec ſuis propriis manib. corpus extraxerint è ſepultura, & eiecerint foras. Vide c: 1. de hæret: in 6: & Doct: cit. *Nem: reſer.*

50. Contra legentes, tenentes vè libros hæreticorum, ſed hæc excom. coniunctim cum prima excom: Bullæ Cœnæ, tractatur à Doctorib ſicut, & aliæ quædam, cum aliis excom. eiuſdem Bul. *Nem. reſ.*

51. Contra ſepelientes aliquem in loco interdict: & contra ſepelientes interdictos nominatim excom: publicos, vel vſurar. manifeſtos, Clem, 1. de ſep. *Nemini reſeruatur.*

52. Contra præſumentes impedire Viſitat: Monial: in eo, quod ſtatuitur in Clem: attendentes, de ſtatu

 Mo-

Monac. Vide hanc Clem. *Nem. reſ.*
53. Contra ſcienter contrahentes de facto matrim: in gradib: prohibitis, vt ſupra dix: c: 2. excom. 12. *Nemini reſeruatur.*

45. Contra eos, qui commentantur Clem: exiui, de Paradiſo, de verb: ſign: Vide S. Anton: 3. par: tit. 24. c. 69. & ſimilis excom. eſt contra eos, qui comment: Concil: Trid: Vide Extr: Pii VI, 96. quæ incipit, Benedictus Deus & Sayr, l. 3. c. 35. nu: 21. *Nemini reſeruatur.*

55. Contra eos, qui impugnant literas, electi Papæ, antequam coronetur, Habetur in Extrau: fin: de ſent: excom. inter cōes. & ratio huius Extrau: eſt, quia Papa cum primum eligitur, confirmatur à Deo & eandem habet auctoritatem, quam habet, poſtquam eſt coronatus. vt dicitur in c. in nomine. diſt: 23 *Nemini reſeruatur.*



56. Contra imprimentes, vel imprimi facientes: vendentes, aut apud ſe retinentes libros de rebus ſacris ſine nomine auctoris, & ſine examine, & approbatione prius ab Ordinario factis. Item contra diuulgantes, aut cōicantes. Habetur in C. Trid: ſeſſ. 4. de hac excom: Vide Suarez diſt. 23, ſect. 7. in princ. *Nemini reſeruatur.*

57. Contra prædicantes, docentes, vel pertinaciter aſſerentes non eſſe neceſſariam ſacerdotalem confeſſionem, mortalium ante cōionem, vt dix: ſup: in hoc c. exc. 11. Habetur in Cōc. Trid. ſeſſ: 13. Can. 11. Vide Suar; tom: 3. diſt: 66. ſol. 3. *Nemini reſeruatur.*

58. Contra raptores mulierum, & dantes eis auxilium, conſilium, fauor. Habetur in C. Trid: ſeſſ: 24. c. 6. Vide Sanchez l: 7. diſ. 13 *Nem: reſ.*

59. Contra omnes, qui in ſequeſtratione facta per Ordinar: loci de beneficio Eccles: per triennium integrum pacificè poſſeſſo ſent. definitiuam contra poſſeſſorem apud Sed: Apoſt: duntaxat promulgatam impedire, vel fructus ſequeſtratos quoquomodo occupare præſumũt. Atq; hi non poſſunt abſolui, niſi prius vſurpata reſtituant, & remoueant imped: tunc verò hæc exc- *Nemini reſeruatur* Vide Clem: 9. de ſequ: poſſ: & fruct: Suarez diſt. 23. ſec. 5. nu. 1. Sayr: l. 3. c. 35. nu: 7. Tolet: l. 1. c. 39. nu: 1.

60. Contra cogentes aliquam mulierem inuitam, præterquam in caſibus in iure expreſſis, ad ingredien: Monaſt: vel ad ſuſcipiendum habitum cuiuſcunq; Relig: vel ad emittendam profeſ. & contra eos, qui id conſil. vel aliter adiuuant. Habe-



Habetur in Conc. Trid. ſeſſ: 25. c. 18. de reg. Vide decl. Graff: l. 4. c. 24. nu. 7. & *Nemini reſeruatur.*

61. Contra eos, qui S. Virginum, vel aliar. mulier. voluntatem veli accipiendi, vel voti emittendi, ſine iuſta cauſa impediunt. Habet: in Conc. Trid: ſeſſ: 25. c. 18. de regul: & *Nemini reſeruatur.*

62. Contra pingentes: vel pingi facientes, aut venales habentes Agnus Dei, Vide. Extr: Omni certè ſtudio, quæ eſt 2. Greg: XIII. & Sayrus l. 3. c. 35. nu: 23. *Nemini reſeruat.*

63. Contra omnes, qui vindictæ ſtudio aliquem offenderint in Vrbe, vel ibi arma ad hoc, aut armatos congregauerint. Et contra faut. Vide Extr: 93. Pij V. quæ incipit, Infel. & Graff. lib. 4. c. 23. num: 22. *Nemini reſeruatur.*

64. Contra eos, qui cum ſint parinci-

incitant: conſeruatores, vt excedant fines mandati. atq; hos ab excom: abſolui non poſſe, donec ſatisfaciant, expreſsè habet: in c. fi. de off: deleg. in 6. cum verò ſatisfecerint. *Nemini reſeruatur.*

65. Contra omnes, qui impediunt Iudic. Eccleſ: quo minus ſua iuriſdict. vtantur. Habetur in c. quoniam de immun: Eccleſ. in 6. Hæc excom. (ex Suar: d. 21. ſ. 2. nu: 91.) ſi impediantur Iudic: Eccl. Ordinarii eſt reſeruat. Papæ in Bulla Cœnę. ¶. 16. ſi verò impediantur Iudic. Eccleſ: delegati *Nemini reſeruatur.*

66. Contra eos, qui occidunt, verberant, deiiciunt: perterrefaciunt Inquiſit. Aduocat. Procurat. Notar: alium ve Miniſtrum S. Officii, ſeu accuſatorem, denunciatorem, aut Teſtem in cauſa fidei, quemodocunq; productum, & alios multos, de



de quibus in Extr: Si de protegendis, quæ eſt 93. Pii V. in qua nulla fit mentio reſeruationis, ſed ſi iſti fauent hæreticis, incidunt in Bullam Cœnæ; ſi percutiunt Clericum Monachumvè, reſeruatur Papæ, iuxta ſuprad: in prima excommun. huius capitis; alias *Nemini reſeruatur*

*Aduerte alias etiam excommun: reperiri, vt contra recipientes Bannitos excommunic: fulminarunt. Pius II. Iulius II. Pius V & Greg: XIII. Sed hanc excom: ne animarum pernitiem potius, quam ſalutem adferret, penitus ſuſtulit & abrogauit Sixtus V. in conſtit. ſua 6. quæ incipit Hoc noſtri, edita anno 1585: Et refertur etiam à Sayr: lib: 3. c. 31. nu: 17. Poſtea etiam anno 1589. idem Sixtus V. edidit aliam conſtit: in qua tulit excom: Papalem contra perſonas omnes Eccleſ, tam ſecular. quàm Regul: quæ in Regno Neapol. Bannitos, viarum Graſſatores receperint, vt dix. ſup. c. 8. exc: 4. Quare hæc excom: quatenus erat contra omnes receptores Bannitorum eſt reuocata: Sic*

*Sic excom: contra Salem ex ditione Eccleſ: extrahentes, & multa alia excom: olim lata fuerunt, quæ nunc ſunt reuocata: & ideò in hoc Catal: ſunt omiſſa, ſicut & quæ dicuntur lata à Io. XXII. quæ ( inquit Cai. V. exc. in fi:) non poſſunt eſſe vtentium conſenſu firmata, ex quo, vt ignota, aut incertæ fuerunt, & ſunt. Quædam etiam excom, ſunt ſolum ſententiæ ferendæ. licet ab aliquib: Doctorib: referantur, tanquam ſententiæ latæ, vt excom: c. p. de homicid. in 6. ſicut intelligi poteſt ex illis verbis tex. poſtquam probabilibus, & notat Suar: l. 5. de legib: c 8. nu. 15. & alij.*

## CAPVT DECIMVM CONTINENS

### *Excom: Epiſcopales.*

PRima eſt contra communicantes in crimine criminoſo cum innodato excom: reſeruata Epiſc. vt diximus ſup. c. 9. excom 39. *Reſeruatur Epiſc:*

2. Con-



2. Contra abſolutum ob mortis periculum ab excom reſeruata Epiſc. qui ceſſante periculo, contemnit ſe præſentare ipſi Epiſc: Hic. n. vt dix. in d. c. 9. excom: 40. incidit in excom. quæ eidem *Reſeruatur Epiſcopo.*

3. Contra leuiter percutientem cleric: vt diximus in d. c. 9. excom: prima *Reſeruatur Epiſc.*

4. Eſt omnis illa excom: quæ eſt reſeruata Sedi Apoſt: ſed excom. eam ob iuſtum impedimentum nequit adire; tunc n. (vt ait Nauar: c. 27. nu. 89. & 90. ¶ ad quartam) ſi poteſt, debet adire legatum, vel alium legati ad id priuilegio munitum, ſi non poteſt *Reſeruatur Epiſ.*

5. Eſt omnis illa excom. quam Epiſcopus per ſuum ſtatutum tulit, & per idem ſtatutum *Reſeruatur Epiſcopo.*

6. Con-

6. Contra Fratres Minores, qui tempore interdicti admiſerunt in ſuis Eccleſiis ad audienda diuina officia fratres Tertij Ordinis; ſi ſatisfecerunt, vt diximus, c. 3. exc. 10.

7. Contra omnes abortum fœtus animati cauſantes. hæc excom. fuit reſeruata PP. à Sixto V. ſed poſteá Greg: XIV. conceſſit Epiſc. & ordinariis locorum, vt per ſe, & per quoſuis Confeſſores ad hoc ſpecialiter â ſe deputatos poſſint ab hac exc. abſoluere. Vide Sayr. l. 3. c. 35. num: 24. & ſequen.



# INDEX.

Caput primum continens excommunic: contra Prælatos.


1. *Card: ſimon. &c. in elct: Papæ.*
2. *Card: reuelantes ſecreta Conſiſtorij.*
3. *Card. & alios ambientes Papatum.*
4. *Card: & alios omnes ſimoniacos.*
5. *Suſpenſos à collatione, & præſentatione benefic: & officiorum, ſi conferant, vel præſentent.*
6. *Trahentes alias perſonas Eccleſiaſt. ad forum laicale.*
7. *Inferiores Epiſcopis publicantes Indulg. cum ſuſpicione ſimoniæ.*
8. *Prælatos donantes aliquid nunciantib. prouiſiones beneficiorum.*
9. *Conſentientes electioni ſuæ indebitæ in Papatum.*
10. *Epiſc. in Ciuitates diuerſarum linguarum ſe intrudentes.*
11. *Nuncios impetrantes à Principibus fauores ad dignitates.*
12. *Prælatos permittentes Fraticellorum ritus.*
13. *Prælatos a Curia Romana abſque licentia Papæ diſcedentes.*

14. Sacerdotes poſt monitionem retinentes præfecti ſecularis offic.

## Caput II. continens excommun: contra Clericos.

1. PArticipantes in diuinis cum excommunicato à Papa:
2. Inducentes aliquem ad promittendum de ſepultura.
3. Non inſeruientes beneficio curato contra iuramentum.
4. Simoniam realem in beneficio, vel ordine committentes.
5. Simon: confidentialem committentes.
6. Conſentientes occupantibus bona Eccleſ:
7. Trahentes aliam perſonam Eccleſiaſticam ad forum laicale.
8. Donantes nunciantib: prouiſiones.
9. Locantes domos pub: Vſur: alienigenis.
10. Studentes Medicinæ, vel Legibus.
11. Habentes offic. Præfecti ſecular:
12. Matrimon. de facto contrahentes.
13. Locantes res Eccleſ: vltra triennium.

## Caput III. continens excom: contra Religioſos.

1. INducentes aliquem ad promittendum de ſepultura.

2.Mi-



2. Miniſtrantes Vnct: extremam, Euchariſtiam, Matrimonium ſine licentia Parochi.
3. Euntes vltra mare ſine licentia Superioris.
4. Simoniacè accipientes aliquid pro ingreſſu Monaſt.
5. Mendicantes, tranſeuntes ad non Mendic.
6. Detinentes Apoſtatas Frat: Prædic.
7. Minores & Eremitanos recipientes in ſuam Relig Prædicatores.
8. Recipientes in ſuam Relig. Ieſuitas.
9. Humiliatos dantes alicui Habit.
10. Minores, tempore interdicti admittentes ad diuina Tertiarios.
11. Superiores non denunciantes ſuos ſubditos ſuſpect. de hæreſi.
12. Superiores permittentes ingreſſum prohibitum in Monaſter.
13. Dimittentes habitum,
14. Accedentes ad Studia ſine licen.
15. Exeũtes è Monaſterijs pro ſtudio Medicinæ vel Legum.
16. Non ſeruantes Interdictum ſeruatum à Matrice.
17. Sibi appropriantes Decimas.
18. Proficiſcentes ad aulam Principum malo animo contra ſuos.

19. Auc.-

19: *Auertentes à ſolutione Decimarum,*
20. *Contrahentes de facto Matrimon.*
21, *Sequentes ritum Fraticellorum:*
22. *Mendicantes loca accipiientes, vel detinentes ſine licentia.*
23. *Mendicantes quoſdam, qui recipiunt aliquem ad ſuum Ord:*
24. *Monachos habentes arma intra Monaſt:*
25. *Sacerdotes habentes offic. Præpoſit: ſecula.*

Caput IV. continens excommunic: contra Fœminas.

1. *MOniales inducentes aliquem ad promittendum de ſepult.*
2, *Moniales exeuntes de Monaſt.*
3. *Moniales intromittentes viros intra Monaſteria.*
4. *Moniales contrahentes de facto Matrimonium.*
5. *Fœminas ſequentes ritum Beguin.*
6. *Fœminas ingredientes Monaſteria Relig:*
7. *Fœminas ingredientes Monaſteria Monialium*

Caput



Caput V. continens excom: contra Confeſſ: & Concionatores.

1. *COnfeſſarios abſoluentes á Caſibus reſeruatis.*
2. *Confeſſarios abſoluentes à quinque Votis.*
3. *Concionatores, qui prædicant miracula falſa.*
4. *Concionat. & alios taxantes opiniones de concept: B. Virg.*
5. *Concionat. taxantes Relig: Minorum, vel Prædicat,*
6. *Concionat: & alios impugnantes. Montes Pietatis.*
7. *Confeſſ: Relig. non facientes ſcrupulum de Decimis.*

Caput VI. continens excom. contra Officiales Inquiſit. & Commiſs.

1. *INquiſitores, & alios S. Officij omittentes procedere &c.*
2. *Inquiſitores, & eorum Commiſſar. extorquentes pecuniam.*

 3, Com-

8. Commiſſarios conſentientes alienationi bonor: Eccleſiaſt:

## Caput VII. continens excom. contra Dominos Temporales.

1. Cogentes Sacerdotes in locis interdictis celebrare.
2. Concedentes Duellum.
3. Prohibentes ſuis ſubditis vendere Eccleſiaſticis.
4. Non procedentes contra Cardinalium inſecutores.
5. Non ſeruantes ſeruanda in elect: PP.
6. Non obedien. Epiſc. in hæret. req.
7. Fauentes Vſuræ.
8. Facientes ſeruari ſtatuta, vel conſuetudines contra libert. Eccleſ.
9. Concedentes repreſal. contra Eccl.
10. Non iuuantes Epiſcopos in clauſura Monialium.
11. Non obedien: Card. Inquiſ: Gener.
12. Permittentes fieri Taurorum, vel ferarum agitationes.
13. Non facientes inquiri in domibus Iudæorum Talmut.





14 Facientes fieri Matrim: ab inuitis.
15. Non facientes iuſtitiam poſt trinam monitionem.

## Caput VIII. continens oxcom: contra Status particulares.

1. Officiales S. Pœnitentiariæ accipientes aliquid etiam à ſponte dantibus.
2. Iudices intromittentes ſe in officio Auditoris Cameræ.
3, Officiales Montis Pietatis diſtrahentes pecunias Montis.
4. Eccleſiaſt: recipien. Ban: in Reg. Neap:
5. Aſſiſtentes in Tribunali Cameræ, non ſeruantes ſeruanda.
6. DD. docentes Relig. Med. vel Leges.
7. DD: promouētes ad gradus contra bullam Pij Quarti.
8. Officiales Sedis Apoſtolicæ concedentes Archibuſetos.
9. Officiales Terrarum PP. pœnas pecuniar: non applican: Cam: Apo.
10. Impedien: Notar: qui offic. emerunt.
11. Offic. pœnitent. intromittentes ſe in prohibitis ſibi a Pio Quarto.

12. Offic: & omnes, qui moleſtant Religioſos Mendican: & eorum colonos, & bona per Gabellas. &c.

13. Parochos, & Mendicantes in Germania pacem violantes.

14. Laicos oblationes Sacerdotibus factas accipientes.

15. DD. & Sholaſt: Bonon: conducentes domos alterius DD. vel. Schol:

## Caput IX. continens excom. contra omnes.

1. Percuſſores Clericornm.

2. Perſeueran: per an. in exc. inflicta à Deleg: pp: & hab: lit. Apoſt: falſas.

3. Incendiarios,

4. Raptores, & fractores Eccleſ.

5 Aggrauantes eos, qui excom. &c.

6. Nominantes in ſen. Rom. perſonas prohibitas.

7. Interd. ab Eccl: exire volentes.

8. Exenterantes corpora fidelium.

9. Simon. pro ordine, vel benefic.

10 Taxantes opin. de concept: B. Virg:

12. Viol: clauſur. Monial.





13. Fingen: ſe priuileg. pro exped: Bull: grat.

14. Ornamenta de Eccleſ ſurripientes.

15. Script. Cam: Apoſt: ſurripientes.

16. Ambientes Papatum.

17. Se, ꝓ alio ſupponen. in exam. ad beneficia

18. Deferentes alumina ex infidelib. ad fideles

19. Ad Conclaue, vel de Concl. ſcrib.

20. Non reuel. crimin: contra Cardin.

21. Capientes Chriſtianos, qui habitant inter Turcas.

22. Recipientes PP. indebitè electum.

23 Capientes fruct: beneficij vacantis.

24. Suadentes PP. vt alienet loca Eccleſ.

25. Promittentes pro iuſtitia, vel gratia obtinenda à Sede Apoſt.

26. Iurantes, vel iurare facientes illic.

27. Crimin. notorios furantes in Italia.

28 Facientes ſponſiones ſuper Pont. vita &c.

29. Extrahentes delinq: e locis ſacris.

30. Taxantes Inſtitutum Ieſuitarum.

31. Duellantes.

32. Extrahentes ex Statu Eccleſiaſtico frumenta, &c.

33. Inuadentes bona exiſtentium in Concl:

34. Conuertentes bona Eccleſ: in proprium vſum per vim. vel ſuppoſit: perſonas.

35. Occupan: bona Eccl: per vim, &c.
36, Non dimittentes captiuos liberos.
37. Impedientes eos, qui volunt Religionem ingredi & alias iniurias facientes ſtatui Religionum.
38 Accedentes ad Sepulchrum Domini ſine licentia.
30, Communicantes in crimine cum excom:
40. Abſolutos ab excomm: reſeruata in periculo mortis non adeuntes, quem adire debent:
41: Vexantes perſonam Eccl: quia non elegit eum, pro quo rogabatur:
42. Occupantes loca Eccl: titulo defenſionis.
43. Alloquentes Cardinales, dum ſunt in Conclaui:
44. Vocatos, vt interſint electioni Monial: fouentes diſcordias.
45. Incitantes Conſeruatores ad procedendum. &c.
46. Vi extorquentes abſolutionem, vel reuocationem cenſuræ.
47. Fraude inducentes Iudicem ad exigendum teſtim. fœmina.

48. Com-



48. Compellentes Eccleſiaſt. vt iura Eccleſ. ſibi ſubmittant.
49. Sepelientes hæreticos vel eorum fautores in loco ſacro.
50. Legentes libros hæreticorum.
50. Sepelientes aliquem in loco interdicto, vel interdictos, aut excom: aut Vſurar: manifeſtos.
52 Impedientes Viſitat: Monialium.
53. Contrahentes de facto matrimonium in gradibus prohibitis.
54. Commentatores Clem: Exiui, de Paradiſo
55. Impugnantes literas electi Papæ, antequam coronetur.
56. Imprimentes, &c. libros, ſine nomine auctoris. &c.
57. Aſſerentes non eſſe neceſſariam confeſſionem ante communionem.
58. Raptores muliernm, & fautores.
59. Impedientes ſententiam Sedis Apoſtol: ſuper ſequeſtratione.
60. Cogentes mulierem fieri Monialem, & fautores.
61. Impedientes mulierem ne Velum accipiat, vel Voueat.

62. Tin-

62. *Pingentes, vel pingi facientes Agnus Dei.*
63. *Ex vindicta offendentes aliquem in Vrbe.*
64. *Aſſerentes licitum eſſe abſoluere abſentẽ.*
65. *Impedientes Iudices Eccleſiaſt:*
66. *Vexantes ſanctum Officium.*

## Caput X. continens excom. reſeruatas Epiſcopo.

1. *Contra communicantes in crimine cum excom ab Epiſcopo.*
2. *Contra abſolutum ob periculm mortis ab excom: Epiſcopali, non ſe præſentantem Epiſcopo.*
3. *Contra leuiter percutientem Cleric:*
4. *Contra excom: à Papa, non potentes adire Papam.*
5. *Contra facientes prohibita ſub pæna excom: Epiſcopalis.*
6. *Contra Fratres Minores tempore Interdicti admittentes ad diuina Tertiarios, poſt præſtitam ſatisfactionem.*
7. *Contra cauſantes abortum fœtus animati.*

FINIS.

A. M. D. G.